This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

5293.69

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." Will, dated 1880.)

Received 2 June 1900



12:67

Quae sit Italae, quae dicitur, verborum tenacitas.

Dissertatio inauguralis

quam

consensu et auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

in

academia Lipsiensi

ad summos in philosophia honores

rite impetrandos

edidit

Elvir Ehrlich
Dresdensis.

Lipsiae 1898.

~~III .9966~~
5293.69



Constantius fund

Priusquam doctus ille Hieronymus in oppido Stridone natus inde ab anno p. Chr. n. trecentesimo octogesimo tertio Damaso episcopo Romano auctore Scripturas sanctas in linguam Latinam transferret eamque conficeret interpretationem, quam a Sixto V. et Clemente VIII. papis retractatam Vulgata hoc tempore exhibet, Christiani ad occasum habitantes et Christiani Africanae potissimum ecclesiae a secundo saeculo compluribus iam Bibliorum Sacrorum Latinis utebantur versionibus. Cuius rei testes sunt Tertullianus Carthaginiensis, qui anno p. Chr. n. fere ducentesimo vixit, et Cyprianus anno p. Chr. n. ducentesimo quinquagesimo Carthagine episcopi munere functus. Utriusque enim auctoris verba allata antiquissimam quidem formam verborum divinorum, quae in Scripturis sanctis Latinis insunt, exhibent, sed adeo inter se discrepant, ut ea duabus ex versionibus variis et diversis allata esse iure existimemus.[1]) Cyprianum maxime secuti sunt et Firmicus Maternus in libro anno p. Chr. n. fere trecentesimo quadragesimo septimo conscripto, qui inscribitur »De errore profanarum religionum«, et Capreolus episcopus Carthaginiensis in litteris contra haeresim Nestorii scriptis et Primasius, primas Africae, in Apocalypsis commentario.

Magnum interpretationum Latinarum numerum suo exstare tempore Aurelius Augustinus, praeclarus ille episcopus Hipponensis, in libro, qui est de doctr. christ. II, 11 his verbis affirmat: »Qui enim Scripturas ex Hebraea lingua in Graecam verterunt, numerari possunt, Latini autem interpretes nullo modo«, et II, 16: »plurimum hic quoque iuvat interpretum numerositas collatis codicibus inspecta atque discussa.«

Quae omnes interpretationes antiquae non sermone puro et Latino Ciceronis vel Caesaris confectae erant, sed lingua

[1]) Linke, »Studien zur Itala».

rustica vel plebleia, qua in provinciis imperii Romani efflorescente Africae maxime scriptores utebantur.[1]) Africa autem praeclarissimos scriptores ecclesiasticos genuit, Tertullianum, Cyprianum, Arnobium, Augustinum, quorum verba ex Scripturis sanctis allata reliquias nobis illarum antiquarum versionum servaverunt sicut et fragmenta quaedam nuper inventa.

Duabus autem convertendi rationibus antiquos illos interpretes usos esse Augustinus ipse testatur[2]), qui omnibus suae aetatis interpretationibus unam anteponit Italam, quam de doctr. chr. II, 16 his verbis collaudat: »In ipsis autem interpretationibus Itala ceteris praeferatur; nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiae«, quibus verbis magnam laudat verborum tenacitatem vel diligentiam, qua Itala vim et nomina verborum Graecorum summa perspicuitate sententiae servata satis evidenter interpretata sit.

Qua ex Itala Augustinum, cum eam tanti aestimaret, in primis sententias divinas in operibus suis prolatas hausisse colligendum est, »nisi eum dixerimus Augustinum, qui meliora videret, probaret aliisque proponeret, ipse deteriora sequeretur[3]).

Et revera verba ab Augustino ex Scripturis sanctis allata plerumque congruunt exceptis eis, quae in prioribus operibus affert, quanquam non negandum est interdum fieri, ut eadem verba allata in diversis operibus inter se differant, cum aut ex memoria afferantur, aut cum ipsius Augustini verbis conexa sint, aut nonnunquam deficiente eius codice de alia quadam interpretatione deprompta[4]).

Hoc in libello de tenacitate verborum Italae acturus sum, qualem primum inveni in libro, qui est De civitate Dei, ed. Dombart, deinde in hisce Augustini libris, quos vol. XXV.

---

[1]) Rönsch, Itala und Vulgata, pag. 2; Wölfflin, Archiv für lat. Lexikographie u. Grammatik VII, 472; Teuffel, Gesch. d. röm. Litteratur, 3. Aufl. § 345.

[2]) De doctr. chr. II, 13: habendae interpretationes eorum, qui se verbis nimis obstrinxerunt . . . . aliorum, qui non magis verba quam sententias interpretando sequi maluerunt.

[3]) Sabatier, Biblior. Sacror. Latinae versiones antiq. P. I. praef. p. XIII.

[4]) Rönsch, l. c. pag. 6; Wölfflin, Neue Bruchstücke der Freisinger Itala, pag. 5.

Corporis Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum Vindobonensis, rec. Zycha, complectitur: De utilitate credendi, de duabus animabus, contra Fortunatum, contra Adimantum, contra epistulam fundamenti, contra Faustum, contra Felicem, de natura boni, Secundini Manichaei ad S. Augustinum epistula, contra Secundinum, tum in »Speculo (vol. XII. Corp. Script. Eccl. Lat., rec. Franciscus Weihrich), postremo in libris »De Genesi ad litteram« et in »Locutionum libris VII (vol. XXVIII eiusdem Corporis, rec. Zycha). Praeterea rationem habui fragmentorum epistularum Pauli et primae epistulae Johannis [1]) et novorum fragmentorum Italae, quae Wölfflinus [2]) edidit, quorum textus plerumque idem est atque Italae Augustini.

Ac primo quidem capite et secundo exponam, quomodo Itala persaepe voces Graecas et simplices et compositas accuratius in Latinum converterit quam Vulgata, ut summo iure verborum tenacitatem eius cum perspicuitate sententiae laudemus, tertio capite de α privativo agam, quarto de vocabulis Graecis non translatis, sed genuina et patria specie servatis, quinto de articulo Graeco, sexto de participio aoristi activi, septimo de interrogationibus obliquis, octavo de quod, quia, quoniam coniunctionibus disseram.

I.

A., De substantivis.

Magnum inprimis invenies numerum substantivorum, quae Itala etymologia optime servata accuratius et subtilius quam Vulgata interpretata est. Cuius rei certe operae pretium est exempla, quae in libris a me inspectis reperiuntur, omnia componere:

---

[1]) Italafragmente der Paulinischen Briefe nebst Bruchstücken einer vorhieronymianischen Übersetzung des 1. Johannisbriefes, ed. Ziegler, Marburg, 1876.

[2]) Neue Bruchstücke der Freisinger Itala, ed. E. Wölfflin, München, 1893.

Pro ἀδικία, Act. apost. 1,18 Itala melius »iniustitia« quam Hieronymus »iniquitas« reddidit, sicut et adiectivum ἄδικος melius e verbo »iniustus« quam »iniquus« esset.

Hebr. 7,4 ἐκ τῶν ἀκροθινίων, in Itala vera atque propria substantivi significatio nobis occurrit: »de primitiis«, Hieronymus translato utitur vocabulo: »de praecipuis«.

Eph. 4,22 pro τῆς ἀπάτης It. »deceptionis« melius exhibet quam Vulg. »erroris«.

Rom. 11,15 Augustinus pro ἡ ἀποβολή »reiectio« reddit, Hieron. autem »amissio«.

Ephes. 6,12 πρὸς τὰς ἀρχάς Augustini verba: »adversus principatus« verbis Vulgatae: »adversus principes« praeferenda videntur esse.

2. Petr. 3,9 ὥς τινες βραδυτῆτα ἡγοῦνται Hieron. substantivum plane omisit, cum verteret: »sicut quidam existimant«, It. vero »tarditatem« addidit.

Cetera huius tenacitatis verborum Italae haec collegi exempla:

Matth. 3,7 Γεννήματα, It. generatio, Vulg. progenies;

1. Cor. 12,10 ἑρμηνεία γλωσσῶν, It. interpretatio linguarum, Vulg. interpretatio sermonum;

Rom. 8,10 διὰ δικαιοσύνην, It. propter iustitiam, Vulg. propter iustificationem;

Rom. 5,18 δικαίωμα, It. iustificatio, Vulg. iustitia;

1. Cor. 2,5 et 5,4 δύναμις, »potentia, quod substantivum 1. Cor. 6,14 quoque in fragmentis epistularum Pauli legi, Hieron. substantivo virtutis usus est, quod Act. ap. 1,8, Rom. 1,20, 1. Cor. 1,24 . 15,43 et 52, 2. Cor. 13,4 ab Itala quoque usurpatum inveni.

1. Cor. 12,13 Ἕλληνες, It. Graeci, Vulg. gentiles;

Gal. 3,14 τὴν ἐπαγγελίαν, It. adnuntiationem, Vulg. pollicitationem;

Rom. 1,24 ἐπιθυμίαι, It. concupiscentiae, Vulg. desideria;

Rom. 8,10 τὸ δὲ πνεῦμα ζωή, It. spiritus autem vita est, Vulg. spiritus vero vivit;

2. Petr. 3,12 τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας, It. diei dei, Vulg. Domini;

Gal. 5,20 θυμοί, It. animositates, Vulg. ira;

Gal. 6,17 τοῦ λοιποῦ κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω interpretationem »de cetero laborem nemo mihi praestet«, quam bis in Augustini operibus et semel in novis fragmentis Italae Freis. repperi, sine dubio verbis Vulgatae praeferes, quae sunt: »de cetero nemo mihi molestus sit« [1]).

Ephes. 5,10 et 5,17 τῷ κυρίῳ . . . . τοῦ κυρίου, It. domino . . . domini, Vulg. Deo . . . . . Dei.

Eandem tenacitatem Italae et hisce laudamus locis:

Matth. 15,6 τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, It. verbum Dei, Vulg. mandatum Dei;

Ephes. 4,16 ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους, It. in mensuram uniuscuiusque partis, Vulg. . . . . membri;

Gal. 5,24 σὺν τοῖς παθήμασιν, It. cum passionibus, Vulg. cum vitiis;

Ephes. 2,19 ξένοι καὶ πάροικοι, It. peregrini et inquilini, Vulg. hospites et advenae;

substantivum παρουσία et ipsa Itala et fragmenta epist. Pauli etymologiae optime servientes substantivo »praesentia« reddiderunt 1. Cor. 15,23, 2. Thess. 2,8 et 9, 2. Petri 3,4, Hieronymus substantivo »adventus« usus est;

Ephes. 2,12 ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ, It. et fragmenta ep. P. alienati a societate Israhel, Vulg. a conversatione;

Ephes. 3,11 κατὰ πρόθεσιν, It. secundum propositum, Vulg. secundum praefinitionem;

Apoc. 20,11 οὗ ἀπὸ προσώπου, It. verborum ordine simul servato: cuius a facie, Vulg. a cuius conspectu;

1. Tim. 6,8 Itala pro σκεπάσματα summa diligentia »tegumentum« exhibet, Hieronymus constructionem relativam »quibus tegamur« usurpavit;

[1]) conf. Wölfflin, l. c. pag. 7.

Philipp. 2,1 σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί in It. Speculi verbis »viscera et miserationes« exprimuntur, cum Vulg. viscera miserationis praebeat;

deinde 1. Cor. 12,31 verba καθ' ὑπερβολὴν ὁδόν de Gen. ad litt. 1,7 verbis »supereminentem viam« rectius expressa legimus quam Vulgatae verbis »excellentiorem viam«, quibus Itala Speculi congruit, quamquam Ephes. 3,19 in verbis τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην transferendis utraque versio optime consentiunt, dum »supereminentem caritatem« scribunt;

Apoc. 20,7 pro ἐκ τῆς φυλακῆς auctor Italae accuratius »de custodia« reddit quam Hieron. »de carcere«, et sane fatendum est Ephes. 4,29 πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας Augustini verba, quae leguntur »ad aedificationem oportunitatis« melius Latine reddita esse quam Hieronimi, quae sunt: »ad aedificationem fidei".

2. Thess. 2,9 καὶ τέρασιν ψεύδους, It. substantivo servato »et prodigiis mendacii«, Vulg. et prodigiis mendacibus.

Duo denique loci non sunt neglegendi ex fragmentis epistularum Pauli allati, qui ipsi quoque magnae tenacitatis antiquae illius interpretationis testimonio sunt:

1. Cor. 2,1 καθ' ὑπεροχὴν λόγου, fragm. ep. »in elatione verbi, Vulg. per sublimitatem sermonis, et 1. Cor. 1,8, ubi plurimi codices ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου exhibent, quae verba fragm. ep. verbis »in die domini« expresserunt, quattuor autem codicum auctoritate verba ἐν τῇ παρουσίᾳ probantur, quae Hieronymus cum priore textu ita coniunxit, ut scriberet: »in die adventus domini«.

Jam perlustratis exemplis, quibus Itala in textu Graeco transferendo etymologia melius respecta maiore est tenacitate verborum cum perspicuitate sententiae quam Vulgata, age afferamus eos locos, quibus aut casus aut numerus aut genus substantivi in versione Itala ad textum Graecum propius accedit quam in Vulgata.

a) Itala casum substantivi sisce locis retinet:

	Itala.	Vulgata.
Rom. 11,30. ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ.	misericordiam consecuti estis illorum incredulitate.	misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum.

	Itala.	Vulgata.
Rom. 8,3.		
τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου.	quod enim impossibile erat legis.	nam quod impossibile erat legi.
Rom. 5,14.		
ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι.	in similitudine.	in similitudinem.
1. Cor. 13,12.		
τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.	tunc autem faciem ad faciem.	tunc autem facie ad faciem.
Rom. 9,8.		
τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα.	filii promissionis deputantur in semen.	qui filii sunt promissionis aestimantur in semine.
1. Cor. 10,6.		
ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν.	haec autem figurae nostrae fuerunt.	haec autem in figura facta sunt nostri.
Eph. 2,2.		
τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας.	qui nunc operatur in filiis diffidentiae.	qui nunc operatur in filios diffidentiae.
Rom. 8,15.		
πνεῦμα δουλίας πάλιν εἰς φόβον.	spiritum servitutis iterum in timorem.	spiritum servitutis iterum in timore.
2. Cor. 13,3.		
τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ.	eius, qui in meloquitur, Christi (contra Adim. c. 9; frgm. ep. Pauli: Christus).	eius, qui in me loquitur, Christus.
	Itala Speculi.	
Marc. 8,37.		
τί γὰρ δοῖ ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα.	quid dabit homo commutationem.	quid dabit homo commutationis,
1. Joh. 4,3.		
τοῦτό ἐστιν τὸ τοῦ ἀντιχρίστου.	hoc est antichristi.	hic est antichristus.
Jud. 18.		
κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν.	secundum sua desideria ambulantes in pietatum.	secundum sua desideria ambulantes in impietatibus.
Matth. 10.25.		
ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ.	servus, sicut dominus eius.	servo, sicut dominus eius.
1. Petr. 3,3.		
ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν καὶ περιθέσεως . . . . κόσμος.	extrinsecus capillaturae aut circumdatio (cod. P^2 circumdationis, quae lectio antiquior et praeferenda videtur esse) . . . cultus.	extrinsecus capillatura aut circumdatio . . . cultus.

	Itala Speculi.	Vulgata.
2. Cor. 9,7.		
τῇ καρδίᾳ.	corde suo.	in corde suo.
2. Cor. 9,14.		
αὐτῶν δεήσει.	ipsorum obsecratione.	in ipsorum obsecratione.
Tit. 2,2.		
ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ.	sani fide, dilectione, patientia.	sani in fide, in dilectione, in patientia.
Apoc. 22,14.		
καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰς-έλθωσιν.	et portis intrent.	et per portas intrent.
2. Cor. 4,17.		
εἰς ὑπερβολήν.	in sublimitatem.	in sublimitate.
2. Cor. 8,19.		
σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ.	in hac gratia.	in hanc gratiam.
1. Cor. 6,8.	Fragmenta Italae[1]).	
καὶ τοῦτο ἀδελφούς.	et hoc fratres.	et hoc fratribus.
Philipp. 1,5.		
ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον.	super communicatione vestra in evangelium.	super communicatione vestra in evangelio.
Philipp. 1,11.		
πεπληρωμένοι καρπὸν δικαιοσύνης.	repleti fructum iustitiae.	repleti fructu iustitiae.
1. Cor. 6,2.		
τὸν κόσμον κρινοῦσιν.	mundum iudicabunt.	de hoc mundo iudicabunt.
Gal. 6,6.	Nova frgm. Italae[2]).	
ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον.	qui catecizatur verbum (et in It. Speculi[3]).	qui catechizatur verbo.

b) Itala numerum substantivi his locis retinet:

	Itala.	Vulgata.
Rom. 9,4.		
αἱ διαθῆκαι.	testamenta.	testamentum.
1. Cor. 12,10.		
ἐνεργήματα δυνάμεων.	operationes virtutum.	operatio virtutum.
Ephes. 2,16.		
τὴν ἔχθραν.	inimicitiam (contra Fortun. c. 15 et frgm. It.).	inimicitias.
Ephes. 2,3.		
ποιοῦντες τὰ θελήματα.	facientes voluntates.	facientes voluntatem.

[1]) Italafragmente der Paulinischen Briefe etc. ed. Ziegler, Marburg, 1876.

[2]) Neue Bruchstücke der Freisinger Itala, ed. Wölfflin, München 1893.

[3]) Spec. XXXIV.

	Itala.	Vulgata.
Act. ap. 2,1.		
ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντεκοστῆς.	in illo tempore, quo subpletus est dies pentecostes.	quum complerentur dies Pentecostes.
Rom. 14,2.		
λάχανα ἐσθίει.	holera manducet (contra Adim. c. 14 et Spec. XXX).	olus manducet.
Apoc. 20,4.		
ἐπὶ τὸ μέτωπον καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν.	in fronte aut in manu sua.	in frontibus aut in manibus suis.
Philipp. 1,4.	Fragm. Italae.	
ἐν δεήσει μου.	in oratione mea.	in orationibus meis.
1. Joh. 5,16.	Itala Speculi.	
τοῖς ἁμαρτάνουσιν.	peccantibus.	peccanti.
Marc. 7,22		
ἀσέλγεια.	impudicitia.	impudicitiae.
Rom. 8,38.		
οὔτε δυνάμεις.	neque fortitudines.	neque fortitudo.
1. Cor. 7,2.		
τὰς πορνείας.	fornicationes.	fornicationem.
1. Petr. 5,3.		
τύποι γενόμενοι.	formae facti.	forma facti.
Hebr. 7,4.		
δεκάτην.	decimam.	decimas.

c) Genus substantivi Itala retinet:

	Itala.	Vulgata.
2. Cor. 5,2.		
τὸ οἰκητήριον ἡμῶν.	habitaculum nostrum.	habitationem nostram.
Rom. 12,6.		
χαρίσματα . . . διάφορα.	dona . . . diversa.	donationes . . . . differentes.

B., De adiectivis.

Haud pauca in Itala occurrunt exempla adiectivorum diligentissime translatorum.

Qua diligentia motus auctor Italae Rom. 11,33 pro ἀνεξερεύνητα, cum ἐξερευνᾶν idem valeat atque »scrutari«, iure »inscrutabilia« reddit, non »incomprehensibilia«, sicut Hieronymus; deinde δῆλον ὅτι 1. Cor. 15,27 ab Itala melius ad verbum expressum videmus »manifestum quia« quam a Vulgata, ubi »sine dubio« legimus, et 1. Cor. 2,13 ἀλλ' ἐν

διδακτοῖς πνεύματος interpretatio vetustior »sed doctis spiritu« recentiori praeferenda est, quae est »sed in doctrina Spiritus«, quamquam non nego, fieri potuisse, ut Hieronymus in codicibus suis Graecis non *ἐν διδακτοῖς*, quae verba nunc omnium fere codicum consensu exhibentur, sed *ἐν διδαχῇ* legeret, quem textum unus codex et una interpretatio lingua Armenia [1]) confecta praebent.

Eadem fortasse de causa Itala abhorret a Vulgata 2. Petri 3,3 *ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν*, It. in novissimo dierum, Vulg. in novissimis diebus, cum praeter lectionem *ἐπ' ἐσχάτων*, quam Tischendorf quoque probavit, alteram libri mss. exhibeant, quae est *ἐπ' ἐσχάτου*, quam auctor Italae fortasse secutus est.

Pro *ἴδιος* Itala et frgm. Italae plerumque adiectivum »proprius«, Hieronymus autem »suus« reddunt, quod factum est 1. Cor. 6,18, Gal. 6,9, 1. Tim. 2,6, sicut et 1. Cor. 12,11 illa pro *διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ* »dividens propria unicuique« reddidit, hic in verbis »dividens singulis« acquievit. Interdum Hieronymus quoque adiectivo »proprius« usus est, ut. Joh. 1,11 et 1. Cor. 15,38, nec tamen omittendum est Rom. 14,4 . 5,1, 1. Cor. 7,2, Tit. 1,3 in utraque interpretatione pronomen possessivum legi.

Reliqua exempla adiectivorum ab auctore Italae magna tenacitate verborum translatorum haec habes:

1. Cor. 11,30 *κοιμῶνται ἱκανοί*, It. dormiunt sufficientes, Vulg. dormiunt multi;

Matth. 16,22 *ἵλεώς σοι*, It. propitius tibi esto, Vulg. absit a te;

Ephes. 2,4 *τὴν πολλὴν ἀγάπην*, It. multam dilectionem, Vulg. nimiam caritatem;

Act. ap. 1,18 *πρηνὴς γενόμενος*, It. deiectus in faciem, Vulg. suspensus;

Act. ap. 1,13 *ὅτε εἰςῆλθον, εἰς τὸ ὑπερῷον ἀνέβησαν*, It. cum introissent, ascenderunt in superiora, Vulg. cum introissent in coenaculum, ascenderunt.

Scriptores Latinos posterioris temporis et Africanos et ecclesiasticos gradus comparationis ita permiscuisse, ut

[1]) Ziegler, Italafragmente etc. pag. 78.

aut superlativo positivi et comparativi vice aut comparativo positivi vice aut positivo comparativi vice uterentur, iam Rönsch[1]) et Wölfflin[2]) docuerunt. Qua re cognita non mirabimur, quod in Vulgata quoque nonnulla huius permutationis graduum reperiuntur exempla, Itala iustum gradum exarante:

	Itala.	Vulgata.
Jac. 1,16.		
ἀγαπητοί.	dilecti.	dilectissimi.
1. Cor. 12,2.		
τὰ . . . μέλη . . . ἀναγκαῖά ἐστιν.	membra necessaria sunt.	membra necessariora sunt.
Matth. 25,45.		
ἐνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων.	uni ex minimis meis.	uni de minoribus his.
Ephes. 4,22.		
τὴν προτέραν ἀναστροφήν.	priorem conversationem (contra Faust. 24,9 et de Gen. ad. litt. 6,26.)	pristinam conversationem.

Accedunt duo exempla generis adiectivi ab Itala optime servati. Pro *συνέκλεισεν γὰρ ὁ θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν,* Rom. 11,32 Augustinus de civ. Dei 21,18 et 24 »Conclusit enim Deus omnes in infidelitate« scripsit, Hieronymus neutro »omnia« usus est, confundens fortasse textum huius loci similibus verbis, quae leguntur Gal. 3,22 *συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν.* Nonne 2. Petr. 2,14 quoque Itala pro *ὀφθαλμοὺς ἔχοντες . . . . ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας* melius »oculos habentes . . . . incessabiles (sicut cod. C et S Speculi exhibent) delicti« reddidit quam Vulgata »oculos habentes . . . incessabilis delicti«?

Haud raro fit, ut pro adiectivo, quo textus Graecus pro appellatione utitur, ab Italae auctore adiectivum reddatur, Vulgata autem sententiam relativam usurpet. Qua de re in capite, quod est de articulo, scribemus.

C., De adverbiis.

Tot exemplis verborum tenacitatis Italae perlustratis quis miretur adverbia quoque complura huius laudis vetustioris interpretationis esse testimonia?

---

[1]) l. c. pag. 415—417.

[2]) Archiv f. lat. Lexikographie u. Gramm. VII, 480.

Quae omnia testimonia huc componamus:

2. Cor. 5,16 Itala pro *ἀπὸ τοῦ νῦν* adverbium »amodo« exhibet etymologiam optime respiciens, Hieronymus »ex hoc« scripsit;

similiter Itala adverbium servavit 1. Cor. 15,34 *ἐκνήψατε δικαίως*, evigilate iuste, Vulg. iusti;

Philipp. 3,13 *τοῖς δὲ ἔμπροσθεν* interpretatio vetustior ad verbum »quae sunt in priora« transtulit, Hieronymus nudum adiectivum »priora« probavit;

2. Cor. 4,2 *ἐνώπιον*, frgm. Italae »in conspectu«, Vulg. coram;

eadem fragmenta Rom. 15,6 adverbium »unianimiter« pro Graecorum *ὁμοθυμαδόν* reddunt, cui Vulgata adiectivum »unianimes« praefert.

Quam consectationem adverbiorum retinendorum laudabis praeterea Act. ap. 10,14 *μηδαμῶς*, It. nequaquam, Vulg. absit, et Marc. 8,34 *ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν*, It. si quis vult post me sequi, Vulg. si quis vult me sequi.

Etymologiae Itala magis rationem habuit quam Vulgata his locis:

1. Cor. 16,12 *πάντως*, frgm. It. omnino, Vulg. utique;

Gal. 6,4 *τότε*, frgm. It. tunc, Vulg. sic;

1. Cor. 8,5 *ὥσπερ*, It. sicuti, Vulg. siquidem.

Act. ap. 2,1 libri mss. duplicem exhibent lectionem: *ἦσαν πάντες ὁμοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό*, quibus verbis Hieronymi versio »erant omnes pariter in eodem loco« bene congruit, et *ἦσαν πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό*, quae Itala diligenter »fuerunt omnes eadem animatione simul in unum« interpretatur.

Adverbia numeralia ab Itala accuratius translata haec inveni:

1. Thess. 4,16 *ἀναστήσονται πρῶτον*, It. resurgent primo, Vulg. resurgent primi;

2. Cor. 13,2 *παρὼν τὸ δεύτερον*, frgm. It. praesens secundo, Vulg. praesens.

Falso gradu comparationis Vulgata utitur 2. Cor. 13,10 *μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι*, frgm. It. ut non dure utar, Vulg. ut non durius agam.

D., De pronominibus.

Jam ad pronomina transeamus persaepe ab antiqua interpretatione maiore diligentia reddita, ut auctor (vel auctores) Italae fragmentorumque aut casum aut numerum textus Graeci retineret aut etymologiae melius quam Hieronymus consuleret.

Ac primum quidem ut de pronominibus personalibus agam dativum primae personae numeri singularis Itala retinuit Philipp. 2,16 *εἰς καύχημα ἐμοί*, It. ad gloriam mihi, Vulg. meam,

dativum 2. pers. sing. Ephes. 5,14 *ἐπιφαύσει σοι*, It. inluminabit tibi, Vulg. te;

dativum pro dativo 3. pers. sing. *αὐτῷ* duobus locis ab Itala accuratissime invenimus redditum, quibus Hieronymus maiore convertendi licentia usus est:

Gal. 2,13 *συνυπεκρίθησαν αὐτῷ*, It. simulate consenserunt illi, Vulg. simulationi eius consenserunt;

2. Cor. 7,14 *εἴ τι αὐτῷ κεκαύχημαι*, frgm. It. si quid illi gloriatus sum, Vulg. si quid apud illum gloriatus sum;

genetivum 3. pers. plur. Itala tenuit 1. Cor. 10,7 *καθώς τινες αὐτῶν*, It. sicut quidam illorum, Vulg. ex ipsis;

dativi 2. pers. plur. bene servati duo collegi exempla:

1. Cor. 10,28 *ἐὰν δέ τις ὑμῖν εἴπῃ*, It. si quis autem vobis dixerit, Vulg. dativo omisso: si quis autem dixerit;

2. Cor. 12,19 *ὑμῖν ἀπολογούμεθα*, frgm. It. excusamus nos vobis, Vulg. excusemus nos apud vos;

dativus 3. pers. plur. exstat Act. ap. 1,10 *παρειστήκεισαν αὐτοῖς*, It. astabant illis, Vulg. adstiterunt iuxta illos;

accusativi 1. pers. plur. diligenter translati hoc habes exemplum:

Ephes. 1,8 *ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς*, nova frgm. It. quae abundat in nos, Vulg. quae superabundavit in nobis.

Numerus 3. pers. plur. ab Itala bene servatur 1. Joh. 4,4 *νενικήκατε αὐτούς*, It. vicistis eos, Vulg. eum.

2. Cor. 7,12 plurimi codices Graeci eique optimi *τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς* exhibent, quae verba fragmenta Italae verbis »industriam vestram pro nobis ad vos« bene reddiderunt, nonnullorum autem codicum litteris minus-

culis conscriptorum verba ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν Hieronymus probavit cum scriberet: »nostram, quam pro vobis habemus«.

Genetivum singul. αὐτοῦ pro pronomine possessivo usurpatum Itala accurate reddidit Act. ap. 1,20 γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, fiat villa eius deserta, Hieronymus autem »eorum« scripsit memor haud dubie pluralis αὐτῶν, qui Psalm. 68,26 suo iure legitur.

Quam diligentiam Italae his quoque locis laudamus:

Joh. 5,28 τῆς φωνῆς αὐτοῦ, It. vocem eius, Vulg. vocem Filii Dei:

Marc. 12,29 ὁ θεὸς ἡμῶν, It. deus noster, Vulg. tuus;

2. Petr. κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας, It. secundum proprias concupiscentias suas, Vulg. iuxta proprias concupiscentias.

Pronomen determinativum ὁ αὐτός interpretatio vetustior ad verbum 1. Cor. 12,5 duobus pronominibus »idem ipse«, Vulgata magis ad sententiam pronomine »idem« expressit.

Casum deinde pronominis reflexivi Itala retinuit Gal. 6,3 φρεναπατᾷ ἑαυτόν, It. se ipsum seducit, Vulg. ipse se seducit, et 1. Joh. 1,8 ἑαυτοὺς πλανῶμεν, It. nos ipsos seducimus, Vulg. ipsi nos seducimus.

Etymologiam eadem versio melius videtur respexisse Gal. 2,18 ἐμαυτόν, frgm. It. me ipsum, Vulg. me;

Philipp. 2,12 τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν, It. vestram ipsorum salutem[1]) Vulg. vestram salutem.

Valde denique Hieronymus ab Itala et a textu Graeco, qualem nunc habemus, abhorret 2. Cor. 10,12 συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς οὐ συνιᾶσιν, Vulg. sed ipsi in nobis nosmet ipsos metientes et comparantes nosmet ipsos nobis, It. et frgm. It.: comparantes semet ipsos sibimet ipsis non intellegunt, quae verba optime cum textu nostro Graeco congruunt.

Pronominis demonstrativi ab Itala melius quam a Vulgata redditi duo deprehendi exempla:

Joh. 1,18 ἐκεῖνος, It. ille, Vulg. ipse;

2. Cor. 4,1 τὴν διακονίαν ταύτην, It. hanc ministrationem, Vulg. ministrationem.

---

[1]) De civ. Dei, XIV,7 et De Genesi VIII,12.

Numerum pronominis relativi ab interpretatione vetustiore bene retentum his legimus locis:

Gal. 6,8 ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει, nova frgm. It. quod enim seminaverit homo, hoc et metet, Vulg. quae . . . . , haec etc.

Luc. 12,12 ἃ δεῖ εἰπεῖν, It. quae oporteat dicere, Vulg. quid etc.

Act. ap. 10,15 ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισεν, It. quae deus mundavit, Vulg. quod etc.

2. Petr. 1,4 δι' ὧν, It. per quae, Vulg. per quem.

Generis eiusdem pronominis Italam interdum diligentius rationem habuisse haec exempla comprobant:

Luc. 12,1 ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις, It. quae est hypocrisis, Vulg. quod etc.

Joh. 8,25 ὅ τι καὶ λαλῶ, It. quod et loquor, Vulg. qui etc.

Praeterea 2. Cor. 8,12 pro καθό ab Itala subtilius »secundum quod« dictum esse quam ab Hieronymo »secundum id quod« haud negaverim.

Numerus pronominis indefiniti optime his locis servatur:

Act. ap. 2,3 ἐφ' ἕνα ἕκαστον, It. super unumquemque, Vulg. super singulos;

1. Cor. 4,5 μὴ . . . . τι κρίνετε, It. nolite iudicare quicquam, Vulg. nolite iudicare.

Postremo pro ὅσοι Rom. 8,14 et Gal. 3,27 rectius in Itala »quotquot« legitur quam in Vulgata »quicunque« et pro τὸν ἕτερον Rom. 13,8 illam diligentius »alterum« quam hanc »proximum« reddidisse apertum est.

E., De verbis.

Ut in substantivis, adiectivis, adverbiis, pronominibus convertendis verborum tenacitatem Italae laudavimus, ita verba quoque permulta invenimus, quorum aut etymologiam aut genus aut modum interpretatio illa optime servavit.

Primum igitur de eis verbis agamus, quorum etymologiae bene consultum videmus, cuius rei frequentissima exempla exstant.

Pro *ἀθετεῖν* Gal. 2,21 et 3,15 et in fragmentis et in novis fragmentis Italae melius »irritum facere« scriptum esse quam ab Hieronymo« »abicere« et »spernere« Wölfflin[1]) ipse demonstravit;

Gal. 4,21 pro *οὐκ ἀκούετε* Itala rectius »non audistis« scripsit quam Hieronymus »non legistis«;

Rom. 13,9 illa *ἀνακεφαλαιοῦται* verbo »recapitulatur« expressit, hic satis habuit probe ac vetuste »instauratur» scripsisse, et nonne confitebimur auctorem Italae 1. Cor. 12,2 maiore verborum tenacitate verba *ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι* verbis »quomodo ascendebatis inducti« reddidisse quam Hieronymum, qui »ducebamini euntes« scripsit?

Cuius tenacitatis haec porro probabis exempla:

2. Cor. 11,2 *ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑπὶ ἀνδρί*, It. et fragm. It. aptavi vos uni viro, Vulg. despondi etc.;

2. Cor. 11,21 et 13,4 *ἀσθενεῖν*, frgm. It. infirmari, Vulg. infirmum esse;

Eph. 4,15 *ἵνα . . . . . αὐξήσωμεν*, It. ut augeamur, Vulg. ut crescamus;

1. Joh. 2,18 *γινώσκομεν*, It. cognoscimus, Vulg. scimus;

Col. 2,15 *ἐδειγμάτισεν*, It. exemplavit, Vulg. traduxit;

Hebr. 7,6 *δεδεκάτωκεν*, It. decimavit, Vulg. decimas sumpsit;

Act. ap. 2,12 *διηπόρουν*, It. haesitabant, Vulg. mirabantur;

2. Petr. 2,19 *τούτῳ καὶ δεδούλωται*, It. huic et servus addictus est, Vulg. huius et servus est;

1. Cor. 15,34 *ἐκνήψατε*, fragm. It. sobrii estote (Werdet doch einmal nüchtern, Luther), Vulg. evigilate;

Rom. 7,11 et 2. Cor. 11,3 *ἐξηπάτησεν*, It. fefellit, Vulg. seduxit;

1. Tim. 5,16 *ἐπαρκείτω αὐταῖς*, It. sufficienter tribuat, memor sine dubio significationis »sufficere«, quae huic verbo interdum inest; Hieronymus usitatiorem potestatem adiuvandi et offerendi verbo »subministret« exprimere conatus est;

[1]) Neue Bruchstücke etc. pag. 7.

1. Cor. 6,16 *ἓν σῶμά ἐστιν*, fragm, It. unum corpus est, Vulg. unum corpus efficitur;

Luc. 18,16 *ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι*, It. sinite pueros venire, Vulg. omisso infinitivo: »sinite pueros«, cui loco similis est Luc. 6,22 *καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς καὶ ὀνειδίσωσιν*, It. et cum separaverint vos et exprobraverint, Vulg. omisso primo verbo: »et quum exprobraverint«;

1. Cor. 16,12 *ὅταν εὐκαιρήσῃ*, frgm. It. cum ei opportunum fuerit, Vulg. cum ei vacuum fuerit;

2. Petr. 1,17 *εὐδόκησα*, It. bene conplacui, Vulg. mihi conplacui;

Quibus exemplis summae diligentiae Italae verba etymologia servata satis evidenter transferendi haec denique licet adnumerari documenta:

2. Petr. 3,10 verbum simplex a versione antiqua retentum videmus, cum pro *ἥξει* »veniet« reddiderit Vulgata »adveniet« exhibente;

Matth. 5,5 et 1. Cor. 15,50 pro *κληρονομεῖν* in Itala melius »hereditate possidere« et »hereditare« legimus quam in recentiore interpretatione »possidere«;

1. Cor. 6,4 *τούτους καθίζετε*, It. et fragm. It. hos conlocate, Hieronymus cum scriberet »illos constituite ad iudicandum« vim ac potestatem verbi definire studuit;

Gal. 2,11 *κατεγνωσμένος ἦν*, fragm. It. reprehensus erat, Vulg. reprehensibilis erat;

2. Cor. 12,14 *οὐ καταναρκήσω*, fragm. It. non gravabo, Vulg. non ero gravis;

Luc. 17,32 *μνημονεύετε*, It. mementote, Vulg. memores estote, quibus tribus locis Itala verbum pro verbo reddidit, Vulgata adiectivo usa est.

Act. ap. 7,2 *πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτόν*, It. prius quam habitaret, Vulg. prius quam moraretur;

Matth. 15,20 *τὰ κοινοῦντα*, It.[1]) quae communicant, Vulg. quae coinquinant;

2. Cor. 10,13 *οὗ ἐμέρισεν μέτρου*, fragm. It. quam partitus est mensuram, Vulg. qua mensus est;

---

[1]) contra Faust. XVI,31; contra Adim. c. 15: coinquinant.

2. Thess. 2,5 *οὐ μνημονεύετε*, It. non retinetis in memoria, Vulg. nihil nisi »non retinetis«.

Pro *μυκτηρίζειν* Gal. 6,7 in novis fragmentis Italae verius »subsannare« quam ab Hieronymo »irridere« scriptum esse ipse Wölfflin optime explanavit[1]).

Duobus locis Itala verbum simplex retinuit:

1. Joh. 2,19 *μεμενήκεισαν ἄν*, It. mansissent, Vulg. permansissent, et Joh. 8,14 *μαρτυρῶ*, It. testificor, Vulg. testimonium perhibeo.

Ipsius compositionis verborum Graecae imitatrix versio antiqua 1. Cor. 10,21 *τραπέζης κυρίου μετέχειν* verbis »mensae domini participare« transtulit, Hieronymus licentius »mensae Domini participes esse« scripsit;

1. Tim. 6,4 *νοσῶν*, fragm. It. aegrotans, Vulg. languens.

Joh. 16,13 verba Christi *ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ* (der wird euch in alle Wahrheit leiten, Luther) melius ab Itala verbis »vos inducet in omnem veritatem« esse expressa propria significatione verbi *ὁδηγεῖν*, quae est ducendi, optime servata quam verbis Vulgatae »docebit vos omnem veritatem« quis est, qui neget?

Idem iudicabis de his locis:

1. Tim. 6,16 *οἰκεῖν*, It.[2]) habitare, Vulg. inhabitare;

Act. ap. 17,31 *ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισεν*, It. (attractionem insuper pronominis relativi imitata[3]) in viro quo definivit, Vulg. in viro, in quo statuit.

Matth. 6,29 *περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων*, It.[4]) amictus est sicut unum ex his, Vulg. coopertus est;

1. Cor. 12,23 *περιτίθεμεν*, It. circumponimus, Vulg. circumdamus.

---

[1]) Neue Bruchstücke, pag. 7 et 9.

[2]) contra Felicem 2,7 et de Gen. 8,19.

[3]) Ziegler, Italafragmente, pag. 18.

[4]) de civ. Dei X,14, Speculum »coopertus est«, cuius textum Bibliorum Sacrorum, quamquam primo de usitata illa vetustiore interpretatione erat depromptus, postea interpolatum esse ita, ut in testimoniorum genuinorum locum verba interpretationis vulgatae substituerentur, recte iam Dupinius atque Weihrich (praefatio in S. Augustini librum, qui Speculum appellatur, pag. XVII et XXII) docuerunt.

Joh. 10,38 *κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε*, It. si mihi non creditis, Vulg. si mihi non vultis credere;

Ephes. 1,23 *τοῦ . . . . πληρουμένου*, It. qui . . . impletur, Vulg. qui . . . . . adimpletur;

2. Cor. 8,9 *ἵνα ὑμεῖς πλουτήσητε*, fragm. It. ut vos ditaremini, Vulg. ut vos divites essetis.

1. Cor. 1,5 *ἐπλουτίσθητε*, fragm. It. ditati estis, Vulg. divites facti estis;

Matth. 25,35 *ἐποτίσατέ με*, It. potastis me, Vulg. dedistis mihi bibere;

1. Tim. 5,8 *οὐ προνοεῖται*, It. non providet, Vulg. curam non habet;

Apoc. 20,7 *ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη*, It. cum finiti fuerint mille anni, Vulg. quum consummati fuerint etc.

Act. ap. 2,2 *ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας*, It. quasi ferretur flatus vehemens, Vulg. tanquam advenientis spiritus vehementis;

1. Tim. 5,18 *φιμώσεις*, It. infrenabis, Vulg. alligabis;

Rom. 13,9 *οὐ φονεύσεις*, It. non homicidium facies, Vulg. non occides;

1. Corr. 12,21 *χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω*, It. opus vobis non habeo, Vulg. non estis mihi necessarii;

2. Petr. 3,9 *εἰς μετανοίαν χωρῆσαι*, It. in paenitentiam converti, Vulg. . . . reverti;

Act. ap. 2,3 *ὤφθησαν γλῶσσαι*, It. visae sunt linguae, Vulg. apparuerunt linguae.

Ex tot exemplis allatis intellegi potest auctorem veteris interpretationis etiam in verbis transferendis etymologiam optime respexisse, melius haud raro quam Hieronymum, qui probo ac vetusto sermoni studens saepe sententiam verborum reddidisse satis habuit.

Non solum autem etymologiae sed etiam generi interdum verborum ab Itala melius quam a Vulgata consultum esse supra diximus. Cuius rei exempla haec liceat componere:

	Itala.	Vulgata.
2. Petr. 3,12. *στοιχεῖα τήκεται.*	elementa decoquentur.	elementa tabescent.
2. Cor. 12,7. *τῇ ὑπερβολῇ ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι.*	ne magnitudine extollar.	ne magnitudo extollat me.

	Itala Speculi.	Vulgata.
Luc. 6,34.		
δανείζουσιν.	faenerant[1]).	faenerantur.
Luc. 9,25.		
ζημιωθείς.	detrimentum sui fiat.	detrimentum sui faciat.
Luc. 11,46.		
φορτία δυσβάστακτα.	oneribus, quae portari non possunt.	. . . quae portare non possunt.
Rom. 14,21.		
ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει.	in quo frater tuus offendit.	. . . offenditur.
1. Cor. 9,13.		
τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται.	cum altario participantur.	cum altari participant.
Hebr. 4,2.		
τοῖς ἀκούσασιν.	his qui audierunt.	iis, quae audierunt.
Gal. 3,19.	Nova fragm. Italae.	
ᾧ ἐπήγγελται.	cui promissum est.	cui promiserat.
Rom. 14,11.	It. et fragm. Italae.	
ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ.	mihi curvabit omne genu (contra Adim. c. 14. It. Spec. optimi et antiquissimi codices M, P, C: flectet; codices rec. R. S: flectetur).	mihi flectetur omne genu.

Modus quoque verbi ab Itala retentus, ab Hieronymo autem mutata simul verborum compositione neglectus his occurrit locis:

	Itala.	Vulgata.
2. Cor. 7,8.		
βλέπω γὰρ ὅτι.	video quod.	videns quod.
Matth. 5,24.		
ὕπαγε πρῶτον διαλλάγηθι.	vade prius reconciliare (de civ. Dei XXI,27 et Spec. 25).	vade prius reconciliari.
Joh. 14,1.		
πιστεύετε εἰς τὸν θεόν.	credite deo.	Creditis in Deum.
Act. ap. 17,30.		
παραγγέλλει πάντας μετανοεῖν.	adnuntiat omnes agere paenitentiam.	annunciat, ut omnes paenitentiam agant.
Matth. 6,1.		
Προσέχετε . . . . μὴ ποιεῖν.	Cavete . . . facere.	Attendite, ne faciatis.

[1]) Roensch, l. c. pag. 481.

	Itala.	Vulgata.
Act. ap. 1,10.		
ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν.	quomodo contemplantes erant.	quumque intuerentur.
1. Cor. 12,24.		
περισσοτέραν δοὺς τιμήν.	maiorem honorem dans.	abundantiorem tribuendo honorem.
2. Cor. 2,4.		
τὴν ἀγάπην . . . , ἣν ἔχω.	dilectionem, quam habeo.	quam caritatem habeam.
2. Cor. 6,14.		
μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις.	ne sitis iugum ducentes cum infidelibus.	nolite iugum ducere cum infidelibus.
1. Thess. 4,15.		
ἡμεῖς οἱ ζῶντες.	nos viventes.	nos, qui vivimus.
Ephes. 2,20.		
ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ.	ipso summo angulari lapide existente Christo Jesu.	ipso summo angulari lapide Christo Jesu.
1. Cor. 7,37.	Itala Speculi.	
ἐξουσίαν δὲ ἔχει.	potestatem autem habet.	potestatem autem habens.
2. Petr. 3,15.		
σωτηρίαν ἡγεῖσθε.	salutem arbitramini.	salutem arbitremini.
Matth. 5.46.		
Ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε.	Si enim diligatis.	Si enim diligitis.
1. Joh. 1,7.		
ἐὰν περιπατῶμεν.	si ambulemus.	si ambulamus.
Rom. 2,4.		
καταφρονεῖς, ἀγνοῶν.	contemnis, ignorans.	contemnis? ignoras.
Rom. 2,7.		
τοῖς μὲν . . . . . ζητοῦσιν.	his quidem qui . . . . quaerentibus (sic!).	Iis quidem, qui . . . . quaerunt.

In transferendis participiis Italam magna cura, Vulgatam maxima licentia usam esse his apparet locis:

	Itala.	Vulgata.
2. Petr. 3,10.		
στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσεται.	elementa autem ardentia resolventur.	elementa vero calore solventur.
Rom. 9,22.		
ἤνεγκεν σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν.	adtulit vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem.	sustinuit vasa irae, apta in interitum.
Ephes. 4,14.		
κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι.	iactati et circumlati.	fluctuantes et circumferamur.

Nonnullis praeterea locis Itala Speculi personam verbi diligenter servavit, Hieronymus autem neglexit, cuius rei haec collegi exempla:

	Itala Speculi.	Vulgata.
Jac. 5,1.		
Ἄγε νῦν.	Age nunc.	Agite nunc.
Matth. 23,25.		
ἔσωθεν δὲ γέμουσιν.	intus autem pleni sunt.	. . . . . pleni estis.
1. Cor. 6,19.		
τὸ σῶμα ναὸς . . . . ἐστίν.	membra vestra templum est.	. . . templum sunt.
1. Tim. 5,4.		
μανθανέτωσαν.	discant.	discat.
1. Petr. 4,18.		
ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτιολὸς ποῦ φανεῖται;	impius et peccator ubi apparebit?	. . . . . ubi apparebunt?

Quibus exemplis fortasse locus 1. Cor. 10,10 addendus est, cum praeter lectionem: »*μηδὲ γογγύζετε*« (Vulg.: neque murmuraveritis) etiam a Tischendorfio probatam codex Sinaiticus verba *μηδὲ γογγύζωμεν* exhibeat, pro quibus Itala [1]) »neque murmuremus« reddidit.

Nec tamen loci desunt, quibus auctor Italae personam neglexit, Hieronymus retinuit, quales hos repperi:

	Itala.	Vulgata.
Luc. 12,20.		
τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν.	animam tuam expetam [2]).	. . . . repetunt.
1. Cor. 10,7.		
μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε.	neque idola colamus [3]).	neque idololatrae efficiamini.
Joh. 14,16.		
δώσει.	mittam [4]).	dabit.
2. Cor. 3,16.		
ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ.	cum autem transieris [5]).	quum autem conversus fuerit.
Act. ap. 1,23.	statuit duos [6]).	statuerunt duos.
ἔστησαν δύο.		

[1]) de utilitate credendi liber, c. 8.
[2]) contra Adim. c. 20.
[3]) de util. credendi liber, c. 8.
[4]) contra epist. fundamenti, c. 6.
[5]) contra Faust. XII,4.
[6]) contra Felicem, I,40.

	Itala.	Vulgata.
1. Cor. 15,3		
ὃ καὶ παρέλαβον.	quod et accepistis [1]) (quae verba in primo versu legimus, quo auctor Italae tertum versum confudisse videtur).	quod et accepi.
Act. ap. 1.1.		
λόγον ἐποιησάμην.	sermonem fecimus [2]).	sermonem feci.
Act. ap. 1,23.		
προσευξάμενοι εἶπαν.	precatus dixit [3]).	orantes dixerunt.
Ephes. 2,5.		
χάριτί ἐστε σεσωσμένοι.	gratia sumus salvi facti [4]).	gratia estis salvati.

Quibus ex exemplis intellegimus textum Italae non semper cum textu Graeco, qualis nunc est, congruere. Quod utrum levitate quadam auctoris an diversitate antiquorum codicum Graecorum, quibus ille usus est, an alia de causa factum sit diiudicare non libet. Haud pauca autem eiusdem diversitatis vertendi exempla appendix huius libelli habebit.

Postremo unum deprehendi locum, quo et vetustior et recentior interpretatio falsam personam verbi exhibent:

	Itala.	Vulgata.
Joh. 14,9.		
οὐκ ἔγνωκάς με.	non cognovistis me.	non cognovistis me.

F., De praepositionibus.

Neque in praepositionibus vertendis Italae laudata illa tenacitas defuit, ut aut verbum e verbo exprimeret aut verborum Graecorum compositionem imitata sententiam optime redderet, Hieronymus autem libertate quadam sermonis uteretur.

Cuius discriminis haec exempla mihi in promptu sunt:

a) Praepositio cum accusativo coniuncta: εἰς.

	Itala.	Vulgata.
Rom. 14,9.		
εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἀπέθανεν.	ad hoc enim Christus mortuus est.	in hoc enim Christus mortuus est.
1. Thess. 4,17.		
ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα εἰς ἀπάντησιν.	simul cum illis rapiemur in obviam.	simul rapiemur cum illis obviam.

[1]) contra Faust XI,3.
[2]) contra epist. fundam. c. 9.
[3]) contra Felicem I,40.
[4]) contra Faust XI,8 et fragm. It.

	Itala.	Vulgata.
1. Cor. 10,2.		
εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσαντο.	in Moysen baptizati sunt.	in Moyse baptizati sunt.
1. Cor. 15,54.		
κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος.	absorpta est mors in victoriam.	. . . . in victoria.
Rom. 8,15.		
πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον.	spiritum servitutis iterum in timorem.	. . . . in timore.
2. Cor. 8,6.	Itala Speculi.	
ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς.	perficiat in vos.	perficiat in vobis.
Philipp. 4,17.		
πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν.	abundantem in rationem vestram.	. . . . in ratione vestra.
1. Petr. 4,8.		
τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην.	mutuam in vosmet ipsos caritatem.	mutuam in vobismet ipsis caritatem.
2. Cor. 2,4.	Fragm. Italae.	
ἀγάπην . . . . , ἣν ἔχω εἰς ὑμᾶς.	dilectionem, quam habeo ad vos.	quam caritatem habeam in vobis.
2. Cor. 10,16.		
εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι.	in ea, quae praeparata sunt. gloriari.	in iis, quae etc.
Rom. 6,12.	De Genesi ad litt.	
εἰς τὸ ὑπακούειν.	ad oboediendum.	ut oboediatis.

b) Praepositiones cum genetivo coniunctae: *ἀντί, ἀπό, ἐκ, χάριν.*

	Itala.	Vulgata.
2. Thess. 2,10.		
ἀνθ' ὧν . . . οὐκ ἐδέξαντο.	pro eo quod non receperunt.	eo quod etc.
Gal. 4,24.		
ἀπὸ ὄρους Σινᾶ.	de monte Sina.	in monte Sina.
Rom. 8,11.		
ὁ ἐγείρας ἐκ νεκρῶν.	qui suscitavit ex mortuis (contra Faust 24,2; a mortuis, de civ. Dei 13,23).	. . . . a mortuis.
1. Cor. 11,12.		
ὥσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρός.	sicut enim mulier ex viro.	nam sicut mulier de viro.
1. Joh. 3,12.		
τίνος χάριν.	cuius rei gratia?	propter quid?
Gal. 6,8.	Nova frgm. Italae.	
ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει.	ex carne metet.	de carne et metet.

	Nova fragm. Italae.	Vulgata.
Gal. 3,19.		
τῶν παραβάσεων χάριν.	transgressionis gratia.	propter transgressiones.

c) Praepositio cum dativo coniuncta: ἐν.

	Itala.	Vulgata.
Act. ap. 2,1.		
ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν.	in illo tempore, quo subpletus est dies.	quum complerentur dies.
Rom. 8,23.		
αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν.	ipsi in nobismet ipsis ingemiscimus.	ipsi intra nos gemimus.
1. Cor. 11,30 et Rom. 12,3.		
ἐν ὑμῖν.	in vobis (item fragm. It. 1. Cor. 2,2 et 2. Cor. 10,1 et It. Spec. 1. Cor. 3,3).	inter vos.
2. Tim. 2,25.		
ἐν πραΰτητι.	in modestia.	cum modestia.
Apoc. 20,8.		
τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσιν γωνίαις.	quae sunt in quattuor angulis.	quae sunt super quatuor angulos.
1. Cor. 11,18.	Itala Speculi.	
συνερχομένων . . ἐν ἐκκλησίᾳ.	convenientibus . . . in ecclesia.	. . . in ecclesiam.
Ephes. 4,19.		
ἐν πλεονεξίᾳ.	in avaritia (cod. P, saec. X vel XI, quae lectio mihi quidem antiqua et vera videtur esse, melior ea, quae est: »et avaritiae«, praesertim cum bene conveniat tenacitati verborum Italae).	in avaritiam.
1. Petr. 1,13.		
ἐν ἀποκαλύψει.	in revelatione.	in revelationem.
1. Tim. 3,16.	De Genesi ad litt.	
ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν.	praedicatum est in gentibus.	praedicatum est gentibus.

d) Praepositiones cum genetivo et accusativo coniunctae: διά, κατά, ὑπέρ.

	Itala.	Vulgata.
Rom. 8,11.		
διὰ τοῦ πνεύματος.	per spiritum.	propter spiritum.

	Itala.	Vulgata.
2. Cor. 5,10.		
ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν.	recipit quisque secundum ea, quae per corpus gessit.	ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit.
1. Cor. 10,1.		
διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον.	per mare transierunt.	mare transierunt.
1. Cor. 12,3.		
διό.	propter quod.	ideo.
1. Cor. 3,5.	Fragm. Italae.	
δι' ὧν ἐπιστεύσατε.	per quos credidistis.	eius, cui credidistis.
2. Cor. 4,13.		
κατὰ τὸ γεγραμμένον.	secundum quod scriptum est.	sicut scriptum est.
2. Cor. 8,8.		
κατ' ἐπιταγήν.	secundum imperium.	quasi imperans.
2. Cor. 12,19.		
ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς.	pro vestra aedificatione.	propter vestram aedificationem.

e) Praepositiones cum genetivo, dativo, ablativo coniunctae: *ἐπί, μετά, περί, πρός.*

	Itala et fragm. It.	Vulgata.
1. Cor. 7,5.		
ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε.	ad id ipsum estote.	revertimini in id ipsum.
1. Cor. 6,7.		
κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν.	iudicia habetis vobiscum.	. . . . . inter vos.
2. Tim. 2,18	Itala.	
περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν.	circa veritatem aberraverunt.	a veritate exciderunt.
Gal. 5,13.	Itala Speculi.	
ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε.	in libertate vocati estis.	in libertatem etc.
1. Cor. 7,36.		
ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον.	turpem se videri super virginem.	. . . . . super virgine.
1. Cor. 2,3.	Fragm. Italae.	
ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς.	fui ad vos.	fui apud vos.
2. Cor. 1,18.		
ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς.	sermo noster, qui ad vos.	. . . . qui fuit apud vos.
2. Cor. 13,7.		
εὐχόμεθα δὲ πρὸς τὸν θεόν.	oramus autem ad deum.	oramus autem deum.

Gal. 2,5.	Fragm. It.	Vulgata.
ἡ ἀλήθεια . . . . διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς.	veritas . . . permaneat ad vos.	. . . . . apud vos.

G., De nominibus numeralibus.

Nominum numeralium ab Itala diligentius quam a Vulgata translatorum pauca occurrerunt exempla:

1. Cor. 15,46 *ἀλλ'οὐ πρῶτον τὸ πνευματικόν*, It. sed non primum quod spiritale est, Vulg. sed non prius etc.;

2. Cor. 11,24 Itala Speculi pro verbis *πεντάκις τεσσαράκοντα* numero cardinali servato »quinquies quadraginta« reddidit, Hieronymus elegantiore sermone usus »quinquies quadragenas« scripsit;

2. Thess. 1,3 *ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν*, It. Speculi nomine numerali indefinito retento: »uniuscuiusque omnium vestrum«, Vulg. omisso nomine numerali: »uniuscuiusque vestrum«.

H., De coniunctionibus.

In coniunctionibus reddendis quamquam interpretatio vetus et recens plerumque consentiunt, nihilominus multos locos inveni, quibus verborum tenacitas Italae denuo comprobatur, quos omnes iam in medium proferam.

Ac primum quidem coniunctio copulativa *καί* ab Itala optime particula »et« translata, a Vulgata plane omissa his nobis occurrit locis:

Joh. 17,25 *πατὴρ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω*, It. pater iuste, et mundus te non cognovit, Vulg. pater iuste, mundus etc.; praeterea Matth. 10,30 . 18,17. Act. ap. 1,15. Rom. 8,24. 1. Cor. 4,7 . 15,41, 45, 49. 2. Cor. 5,3 . 6,1. Ephes. 5,11. Philipp. 4,16. 2. Thess. 2,11. 2. Petr. 2,12 . 3,4. Apoc. 20,10.

Pro coniunctionibus copulativis *καί . . . . καί* Itala 1. Cor. 7,34 et Philipp. 4,16 »et — et« exhibet, Hieronymus prima particula omissa alteram modo reddidit.

Quibus exemplis adnumerari licet Gal. 3,28 *οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ*, nova fragm. It. non est masculus et femina, Hierony-

mus praecedentes coniunctiones *οὐκ — οὐδέ* imitatus »neque femina« scripsit.

Dubitare licet de Rom. 8,24, cum verba *τί καὶ ἐλπίζει* de civ. Dei 10,25 quidem diligenter verbis »quid et sperat«, de civ. Dei 15,18. 19,4 autem et contra Faust. 11,7 aeque atque in Vulgata verbis »quid sperat« reddita sint, et de 1. Cor. 15,45, pro cuius verbis »*οὕτως καὶ γέγραπται*« de civ. Dei 13,24 »sic et scriptum est«, contra Adim. 12 autem et contra Faust. 24,2 verba Vulgatae »sic scriptum est« leguntur. De quibus locis idem fortasse iudicandum est, quod Ziegler[1]) de aliis quibusdam locis iudicat, factum esse, ut verba Augustini ex libris divinis allata, quae quidem libri huius auctoris optimi et omnibus fere noti exhibent, interpolatorum licentia adeo depravarentur, ut pro textu Italae verba Vulgatae insererentur.

Coniunctiones disiunctivas *εἴτε — εἴτε* coniunctionibus sive — sive ab Itala bene translatas inveni 1. Cor. 12,26: *εἴτε πάσχει ἕν μέλος — εἴτε δοξάζεται*, It. sive patitur unum membrum — sive glorificatur, Hieronymus: si quid (quasi textus Graecus »*εἴ τι*« exhibeat) — sive.

Coniunctionis *ἤ* ab Itala servatae, a Vulgata neglectae unum deprehendi exemplum Act. ap. 20,33 *ἀργυρίου ἢ χρυσίου*, It. argentum aut aurum, Vulg. argentum et aurum.

Adversativa quoque coniunctio *δέ* in vetere interpretatione nonnunquam retinetur, in recentiore omittitur, quod factum est 1. Cor. 13,8 *εἴτε δὲ προφητεῖαι*, It. sive autem prophetiae, Vulg. sive prophetiae, et Rom. 8,11. 1. Cor. 14,15. 2. Cor. 8,18.

Coniunctiones *μέν — δέ* ab illa versione diligenter redditae mihi occurrerunt Rom. 14,5 *ὃς μέν — ὃς δέ*, It. alius quidem .... alius autem, Vulg. alius .... alius, Gal. 4,23 *ἀλλ' ὁ μέν ... ὁ δέ*, It. sed is quidem .... qui autem, Vulg. sed qui ... qui autem, 1. Cor. 12,19 *εἰ δέ*, It. si autem, Vulg. quod si.

Idem iudicabis de coniunctione *ἀλλά* Act. ap. 10,20 *ἀλλὰ ἀναστάς*, It. sed surge, Vulg. surge itaque.

---

[1]) Ziegler, Italafragmente pag. 22.

Pro coniunctione declarativa ὅτι Itala nonnullis locis coniunctionem quia vel quoniam reddidit, Hieronymus eam neglexit. Cuius rei haec exstant exempla:

1. Cor. 10,20 φημὶ ὅτι . . . . ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσιν, It. dico quia . . . . sed quia quae immolant, Vulg. sed quae immolant; cf. Matth. 23,23 et 29.

Gal. 3,10 γέγραπται γὰρ ὅτι ἐπικατάρατος πᾶς, nova fragm. It. scriptum est enim, quoniam maledictus . . . Vulg. scriptum est enim: »Maledictus etc.

Act. ap. 1,17 ὅτι κατηριθμένος ἦν, It. quoniam adnumeratus erat, Vulg. qui connumeratus erat.

De coniunctione causali γάρ et finali ἵνα idem dicentum est quod de δέ et ὅτι diximus perspectis his exemplis:

1. Cor. 10,26 τοῦ κυρίου γὰρ ἡ γῆ, It. domini est enim terra, Vulg. domini est terra; eodem modo It. et Vulg. differunt 1. Cor. 15,22 et 2. Tim. 3,2 (de civ. Dei 14,7 et de Genesi ad. litt. 11,15);

Jac. 1,7 μὴ γάρ, It. non enim, Vulg. non ergo;

Ephes. 5,33 ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα, It.[1] mulier autem ut timeat virum, Vulg. uxor autem timeat virum.

Ad extremum denique summam tenacitatem Italae ordine verborum Graecorum simul servato hi exhibent loci:

1. Cor. 12,14 καί γὰρ, It. etenim, Vulg. nam et;

Gal. 3,18 εἰ γὰρ, nova fragm. It. si enim, Vulg. nam si;

2. Cor. 4,16 εἰ καὶ . . . . διαφθείρεται, It. etsi corrumpitur, Vulg. licet corrumpatur.

J., De Graecismis.

De Graecismis, quorum in vetustioribus interpretationibus Bibliorum Sacrorum invenerunt numerum, iam Rönsch[2] atque Ziegler[3] accurate egerunt multaque eoram exempla attulerunt. Mihi quoque Augustini opera perscrutanti haud pauci occurre-

[1] contra Adim. c. 3 et Spec. 34.

[2] Itala und Vulgata, pag. 434.

[3] Italafragmente pag. 18.

runt loci, quibus Itala verborum Graecorum conformationem vel compositionem summa fide imitari studuit, quos locos in Roensch libro desidero.

Omnia autem Graecismorum exempla, quae inveni, afferam.

a Adiectivum Graecorum more cum genetivo coniungitur.

1. Cor. 6.2 *ἀνάξιοι . . . . κριτηρίων ἐλαχίστων.* fragm. It. indigni iudiciorum minimorum, Vulg. indigni qui de minimis iudicetis.

b Verbum dativo adiungitur.

Act. ap. 1.10 *παρειστήκεισαν αὐτοῖς.* It. astabant illis, Vulg. adstiterunt iuxta illos;

Eph. 2.5 *ἡμᾶς συνεζωοποίησεν τῷ Χριστῷ.* It. convivificavit nos Christo, Vulg. . . . in Christo.

c) Accusativus nominis in praedicatione positi retinetur.

Rom. 8.29 *οὓς . . . . προώρισεν συμμόρφους τῆς εἰκόνος.* It. quos . . . . praedestinavit conformes imaginis, Vulg. quos . . . praedestinavit conformes fieri imaginis.

d) Attractio pronominis relativi servatur.

Rom. 14.22 *ἐν ᾧ δοκιμάζει.* It. et fragm. It. in quo probat (in Itala Speculi lectio »in eo quo probat« auctoritate codicum antiquissimorum et optimorum M et C confirmatur), Vulg. in eo quod probat;

1. Cor. 10.30 *ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ.* It. pro quo ego gratias ago, Vulg. pro eo quod etc.;

2. Cor. 1.4 *διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλοῦμεθα,* fragm. It. per consolationem quam exortamur[1]), Vulg. per exhortationem, qua etc.

e Itala adverbium articulo adiunctum imitatur.

Ephes. 2.17 *εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακράν.* It. evangelizavit pacem vobis, qui longe, Vulg. qui longe fuistis.

---

[1]) de verbo »exhortare« cf. Roensch, pag. 297.

f) Neutrum numeri pluralis Graecorum more cum numero singulari verbi finiti coniungitur.

Rom. 8,28 *πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν*, It. omnia cooperatur in bonum, Vulg. cooperantur;

1. Cor. 12,12 *πάντα δὲ μέλη . . . . ἕν ἐστιν σῶμα*, It.[1]) omnia autem membra . . . . unum est corpus, Vulg. unum tamen corpus sunt;

Tit. 2,1 *ἃ πρέπει*, It. Spec. quae decet, Vulg. quae decent.

g) Infinitivus consilium indicans ab Itala retinetur[2]).

Matth. 23,15 *περιάγετε τὴν θάλασσαν ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον*, It. . . . facere unum proselytum (contra Faust. 16,29; contra Adim. c. 6 autem idem legimus atque in Vulgata: ut faciatis);

Act. ap. 1,25 *ἀφ' ἧς παρέβη Ἰούδας πορευθῆναι*, It. ambulare, Vulg. ut abiret. —

Rom. 14,2 Itala (contra Adim. c. 14) verba *ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα* verbis »alius quidem credit manducare omnia« exprimens verborum Graecorum conformationem imitatur mero infinitivo accusativi cum infinitivo loco usurpato, cum subiectum infinitivi idem sit atque sententiae principalis, Hieronymus autem sermonem probiorem secutus »credit se manducare« scripsit. Eodem modo Itala et Vulgata inter se differunt Philipp. 2,19 *ἐλπίζω Τιμόθεον . . . . . πέμψαι*, It. Spec. spero Timotheum mittere, Vulg. . . me mittere.

h) Figura etymologica servatur.

2. Petr. 3,3 *ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται*, It. inlusione inludentes, Vulg. in deceptione illusores;

Rom. 9,15 *οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω*, It. misericordiam praestabo, cui misericors fuero, Vulg. cuius miserebor.

i) Itala brevitatem dicendi Graecorum imitatur.

Rom. 4,17 *τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα*, It. quae non sunt tamquam sunt, Vulg. tamquam ea, quae sunt;

---

[1]) contra Faust. 21,8, de Gen. ad litt. 11,24.

[2]) Roensch, pag. 447.

runt loci, quibus Itala verborum Graecorum conformationem vel compositionem summa fide imitari studuit, quos locos in Roenschii libro desidero.

Omnia autem Graecismorum exempla, quae inveni, afferam.

a) Adiectivum Graecorum more cum genetivo coniungitur.

1. Cor. 6,2 *ἀνάξιοι . . . . κριτηρίων ἐλαχίστων*, fragm. It. indigni iudiciorum minimorum, Vulg. indigni qui de minimis iudicetis.

b) Verbum dativo adiungitur.

Act. ap. 1,10 *παρειστήκεισαν αὐτοῖς*, It. astabant illis, Vulg. adstiterunt iuxta illos;

Eph. 2,5 *ἡμᾶς συνεζωοποίησεν τῷ Χριστῷ*, It. convivificavit nos Christo, Vulg. . . . in Christo.

c) Accusativus nominis in praedicatione positi retinetur.

Rom. 8,29 *οὓς . . . . προώρισεν συμμόρφους τῆς εἰκόνος*, It. quos . . . . praedestinavit conformes imaginis, Vulg. quos . . . praedestinavit conformes fieri imaginis.

d) Attractio pronominis relativi servatur.

Rom. 14,22 *ἐν ᾧ δοκιμάζει*, It. et fragm. It. in quo probat (in Itala Speculi lectio »in eo quo probat« auctoritate codicum antiquissimorum et optimorum M et C confirmatur), Vulg. in eo quod probat;

1. Cor. 10,30 *ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ*, It. pro quo ego gratias ago, Vulg. pro eo quod etc.;

2. Cor. 1,4 *διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλοῦμεθα*, fragm. It. per consolationem quam exortamur[1]), Vulg. per exhortationem, qua etc.

e) Itala adverbium articulo adiunctum imitatur.

Ephes. 2,17 *εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακράν*. It. evangelizavit pacem vobis, qui longe, Vulg. qui longe fuistis.

---

[1]) de verbo »exhortare« cf. Roensch, pag. 297.

f) Neutrum numeri pluralis Graecorum more cum numero singulari verbi finiti coniungitur.

Rom. 8,28 *πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν*, It. omnia cooperatur in bonum, Vulg. cooperantur;

1. Cor. 12,12 *πάντα δὲ μέλη . . . . ἕν ἐστιν σῶμα*, It.[1]) omnia autem membra . . . . unum est corpus, Vulg. unum tamen corpus sunt;

Tit. 2,1 *ἃ πρέπει*, It. Spec. quae decet, Vulg. quae decent.

g) Infinitivus consilium indicans ab Itala retinetur[2]).

Matth. 23,15 *περιάγετε τὴν θάλασσαν ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον*, It. . . . facere unum proselytum (contra Faust. 16,29; contra Adim. c. 6 autem idem legimus atque in Vulgata: ut faciatis);

Act. ap. 1,25 *ἀφ' ἧ παρέβη Ἰούδας πορευθῆναι*, It. ambulare, Vulg. ut abiret. —

Rom. 14,2 Itala (contra Adim. c. 14) verba *ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα* verbis »alius quidem credit manducare omnia« exprimens verborum Graecorum conformationem imitatur mero infinitivo accusativi cum infinitivo loco usurpato, cum subiectum infinitivi idem sit atque sententiae principalis, Hieronymus autem sermonem probiorem secutus »credit se manducare« scripsit. Eodem modo Itala et Vulgata inter se differunt Philipp. 2,19 *ἐλπίζω Τιμόθεον . . . . . πέμψαι*, It. Spec. spero Timotheum mittere, Vulg. . . me mittere.

h) Figura etymologica servatur.

2. Petr. 3,3 *ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται*, It. inlusione inludentes, Vulg. in deceptione illusores;

Rom. 9,15 *οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω*, It. misericordiam praestabo, cui misericors fuero, Vulg. cuius miserebor.

i) Itala brevitatem dicendi Graecorum imitatur.

Rom. 4,17 *τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα*, It. quae non sunt tamquam sunt, Vulg. tamquam ea, quae sunt;

---

[1]) contra Faust. 21,8, de Gen. ad litt. 11,24.

[2]) Roensch, pag. 447.

2. Thess. 2,2 *δὶ ἐπιστολῆς ὡς δὶ ἡμῶν*, It. per epistulam tamquam per nos, Vulg. tamquam per nos missam.

Verbum auxiliare et a textu Graeco et ab Itala Speculi potissimum omissum, ab Hieronymo autem insertum his exstat locis:

Luc. 6,23 *ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τῷ οὐρανῷ*, It. Spec. merces vestra multa in caelo, Vulg. multa est, idem fit Matth. 7,13 . 14. 1. Cor. 5,6. 2. Cor. 8,19. Philipp. 3,19. 1. Tim. 4,4. Tit. 1,15. 1. Petr. 2,20 . 4,17. Jac. 1,8.

Philipp. 3,15 *ὅσοι οὖν τέλειοι, . . . φρονῶμεν*, It. Spec. quicumque ergo perfecti, ... sentiamus, Vulg. . . . perfecti sumus.

1. Petr. 4,14 *εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι*, It. Spec. si exprobramini in nomine Christi, beati, Vulg. . . . beati eritis;

Gal. 3,7 *οἱ ἐκ πίστεως*, nova fragm. It. qui ex fide, Vulg. . . . ex fide sunt, cf. Rom. 2,8;

2. Cor. 8,2 *ὅτι . . . . ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν*, It. Spec. quod . . . . abundantia gaudii ipsorum, Vulg. . . . ipsorum fuit.

1. Thess. 4,16 *οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ*, It. mortui in Christo, Vulg. mortui, qui in Christo sunt;

Gal. 3,26 *διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, nova fragm. It. per fidem in Christo Jesu, Vulg. . . . quae est in etc.

Interdum fit, ut praepositio quaedam Graeca semel quidem scripta duobus tamen substantivis adiungenda sit, quam verborum compositionem Itala sequitur Hieronymo praepositionem iterante. Cuius tenacitatis Italae Speculi haec collegi exempla:

1. Tim. 6,9 *εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα*, It. in temptationem et laqueum, Vulg. . . . . et in laqueum;

2. Thess. 3,8 *ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ*, It. in labore et fatigatione, Vulg. . . . . et in fatigatione; idem fit 2. Tim. 1,13;

2. Cor. 6,16 *ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω*, It. inhabitabo in illis et inambulabo, Vulg. . . . inambulabo inter eos;

Matth. 10,18 *ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς*, It. ad praesides et reges, Vulg. . . . . et ad reges.

His quoque locis Itala Speculi verborum Graecorum compositionem accurate consequi studet:

Ephes. 5,3 *πρέπει ἁγίοις*, It. decet sanctos, Vulg. decet in sanctos;

2. Thess. 1,5 *εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ*. It. ut digni habeamini regno dei, Vulg. . . in regno Dei;

Luc. 12,23 *ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστιν τῆς τροφῆς καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος*, It. anima plus est quam esca, et corpus quam vestimentum, Vulg. . . . et corpus plus quam vestimentum;

Luc. 16,22 *ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν καὶ ἀπενεχθῆναι*, It.[1]) contigit autem mori inopem illum et auferri, Vulg. factum est autem, ut moreretur mendicus et portaretur;

2. Petr. 3,11 *τούτων οὖν πάντων λυομένων*, It.[2]) his ergo omnibus pereuntibus, Vulg. quum igitur haec omnia dissolvenda sint.

K., De verborum ordine ab Itala servato.

In textu Graeco vertendo Itala aeque ac Vulgata quoad fieri potuit ordinem verborum bene servaverunt, ut plerumque inter se congruant. Attamen haud paucis locis ita inter se differunt, ut aut vetustior aut recentior versio maiore sit diligentia. Quam rem perscrutans miror quod in Itala Speculi plurima invenerim maioris diligentiae exempla, cum in libro, qui est de civitate Dei in eisque libris, quos volumen XXV. et XXVIII. Corporis Script. Eccl. Latin. complectuntur, aut utraque versio consentiant aut Vulgata interdem magis laudanda sit. Quae diversitas vertendi plurimis locis levioris momenti est et ad duo vel tria vocabula pertinet, nonnullis autem locis maioris momenti putanda est totam sententiam complectens. Interim antequam aliquid de causis huius diversitatis coniciamus, exempla maioris diligentiae Italae maxime memorabilia componamus.

---

[1]) de Gen. ad litt. 12,33.

[2]) de civ. Dei 20,18.

a) Exempla levioris momenti.

	Itala.	Vulgata.
Marc. 8.38.		
ὃς γὰρ ἐὰν ἐπαισχυνθῇ με.	omnis, qui confusus fuerit me.	qui enim me confusus fuerit.
Joh. 5,22.		
τὴν κρίσιν πᾶσαν.	iudicium omne.	omne iudicium.
Joh. 5,26.		
ζωὴν ἔχειν.	vitam habere.	habere vitam.
Rom. 8,9.		
οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί.	non estis in carne.	in carne non estis.
Rom. 9,2.		
λύπη μοί ἐστιν μεγάλη.	tristitia est mihi magna.	tristitia mihi magna est.
Rom. 14,4.		
τῷ ἰδίῳ κυρίῳ.	suo domino.	domino suo.
1. Cor. 2,11.		
Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων;	Quis enim scit hominum?	Quis enim hominum scit?
1. Cor. 10,20.		
κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι.	socios daemoniorum fieri.	socios fieri daemoniorum.
1. Cor. 12,11.		
πάντα δὲ ταῦτα.	omnia autem haec.	haec autem omnia.
1. Cor. 12,18.		
ὁ θεὸς ἔθετο τὰ μέλη.	deus posuit membra.	posuit Deus membra.
1. Cor. 13,10.		
τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται.	quod ex parte est, auferetur.	evacuabitur, quod ex parte est.
2. Cor. 1,20.		
ἐν αὐτῷ τὸ ναί.	in illo etiam.	sunt in illo Est.
2. Cor. 4,4.		
τοῦ αἰῶνος τούτου.	saeculi huius.	huius saeculi.
2. Cor. 5,1.		
ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία.	terrena nostra domus.	terrestris domus nostra.
2. Cor. 5,18.		
τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς.	qui reconciliavit nos.	qui nos reconciliavit.
2. Cor. 7,8.		
ἐλύπησεν ὑμᾶς.	contristavit vos.	vos contristavit.
Gal. 6,1.		
καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον	instruite huiusmodi [1]).	huiusmodi instruite.

[1]) de civ. Dei 14,9 et de Gen. ad litt. 6,28.

	Itala.	Vulgata.
Ephes. 5,28.		
ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα.	qui diligit uxorem suam.	qui suam uxorem diligit.
1. Cor. 3,10.	Fragm. Italae.	
λαλῆσαι ὑμῖν.	loqui vobis.	vobis loqui.
1. Cor. 15,19.		
εἰ . . ἐν Χριστῷ ἠλπικότες ἐσμὲν μόνον.	si . . . . in Christo sperantes sumus tantum.	si . . . tantum in Christo sperantes sumus.
Gal. 3,2.		
θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν.	volo discere a vobis.	a vobis volo discere.
Gal. 4,2.	Nova fragm. Italae.	
ὑπο ἐπιτρόπους ἐστὶν καὶ οἰκονόμους.	sub procuratoribus est et actoribus.	sub tutoribus et actoribus est.
Gal. 6,13.		
ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκί.	in vestra carne.	in carne vestra.
Matth. 6,23.	It. Speculi.	
πονηρὸς ᾖ.	nequam fuerit.	fuerit nequam.
Matth. 7,17 et 18.		
καρποὺς πονηρούς.	fructus malos.	malos fructus.
Matth. 10,13.		
πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω.	ad vos revertetur.	revertetur ad vos.
Matth. 18,18.		
ἔσται δεδεμένα.	erunt ligata.	ligata erunt.
Marc. 13,11.		
ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν.	quod datum fuerit vobis.	quod datum vobis fuerit.
Marc. 13,11.		
οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς.	non enim estis vos.	non enim vos estis.
Luc. 9,48.		
ἐν πᾶσιν ὑμῖν.	inter omnes vos.	inter vos omnes.
Luc. 9,61.		
πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι.	sed primum permitte mihi.	permitte mihi primum.
Luc. 11,9.		
ὑμῖν λέγω.	vobis dico.	dico vobis.
Luc. 12,56.		
τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ.	terrae et caeli.	caeli et terrae.
Luc. 14,12.		
μή ποτε καὶ αὐτοὶ ἀντικαλέσωσίν σε.	ne forte et ipsi te reinvitent.	ne forte te et ipsi reinvitent.
Luc. 16,14.		
ταῦτα πάντα.	haec omnia.	omnia haec.
Luc. 18,24.		
ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς.	videns autem illum Jesus.	videns autem Jesus illum.

	Itala Speculi.	Vulgata.
Joh. 5,44.		
πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι;	quomodo potestis vos credere?	quomodo vos potestis credere?
Joh. 13,14.		
ὑμῶν τοὺς πόδας.	vestros pedes.	pedes vestros.
Joh. 13,35.		
ἐμοὶ μαθηταί.	mei discipuli.	discipuli mei.
Rom. 5,2.		
τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν.	accessum habemus.	habemus accessum.
1. Cor. 1,11.		
ἐν ὑμῖν εἰσιν.	inter vos sunt.	sunt inter vos.
1. Cor. 6,15.		
μέλη Χριστοῦ ἐστίν.	membra Christi sunt.	membra sunt Christi.
1. Cor. 7,21.		
ἐλεύθερος γενέσθαι.	liber fieri.	fieri liber.
1. Cor. 9.5.		
ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν.	sororem mulierem circumducendi.	mulierem sororem circumducendi.
1. Cor. 9,6.		
μόνος ἐγώ.	solus ego.	ego solus.
1. Cor. 10,13.		
σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν.	cum temptatione etiam proventum.	etiam cum tentatione proventum.
2. Cor. 4,10.		
ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν φανερωθῇ.	in corporibus nostris manifestetur.	manifestetur in corporibus nostris.
2. Cor. 9.4.		
σὺν ἐμοὶ Μακέδονες.	mecum Macedones.	Macedones mecum.
Gal. 5,19.		
φανερὰ δέ ἐστιν.	manifesta autem sunt.	manifesta sunt autem.
Philipp. 1,23.		
σὺν Χριστῷ εἶναι.	cum Christo esse.	esse cum Christo.
Philipp. 2,9.		
αὐτὸν ὑπερύψωσεν.	illum exaltavit.	exaltavit illum.
1. Thess. 4,10.		
ποιεῖτε αὐτό.	facitis illud.	illud facitis.
2. Thess. 1,3.		
τῷ θεῷ πάντοτε.	deo semper.	semper deo.
1. Tim. 1,9.		
δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται.	iusto non est lex posita.	lex iusto non est posita.
1. Tim. 5,23.		
οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ.	vino modico utere.	modico vino utere.

	Itala Speculi.	Vulgata.
1. Tim. 6,5.		
καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας.	et qui privati sunt veritate.	et qui veritate privati sunt.
2. Tim. 2,25.		
δώῃ αὐτοῖς ὁ θεός.	det illis deus.	Deus det illis.
Tit. 2,3.		
οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας.	vino multo servientes.	multo vino servientes.
Hebr. 12,9.		
εἴχομεν παιδευτάς.	habuimus eruditores.	eruditores habuimus.
1. Petr. 1,15.		
ἅγιοι ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ γενήθητε.	sancti in omni conversatione sitis.	in omni conversatione sancti sitis.
1. Petr. 2,19.		
διὰ συνείδησιν θεοῦ.	propter conscientiam dei.	propter Dei conscientiam.
1. Petr. 3,1.		
τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν.	suis viris.	viris suis.
1. Petr. 3,10.		
ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθάς.	videre dies bonos.	dies videre bonos.
1. Petr. 3,17.		
εἰ θέλοι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ.	si velit voluntas dei.	si voluntas Dei velit.
1. Petr. 4,2.		
ἀνθρώπων ἐπιθυμίαις.	hominum desideriis.	desideriis hominum.
2. Petr. 3,11.		
δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς.	oportet esse vos.	oportet vos esse.
1. Joh. 1,6.		
οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν.	non faciemus veritatem.	veritatem non facimus.
1. Joh. 3,3.		
τὴν ἐλπίδα ταύτην.	spem hanc.	hanc spem.
1. Joh. 3,16.		
ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκεν.	pro nobis animam suam posuit.	animam suam pro nobis posuit.
Rom. 7,25.	De Genesi ad litt.	
αὐτὸς ἐγώ.	ipse ego.	ego ipse.
1. Cor. 14,35.		
μαθεῖν θέλουσιν.	discere volunt.	volunt discere.
Gal. 3,29.		
τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα ἐστέ.	Abrahae semen estis.	semen Abrahae estis.

	De Genesi ad litt.	Vulgata.
Ephes. 3,8.		
τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων.	minimo omnium sanctorum.	omnium sanctorum minimo.
Philipp. 2,13.		
θεὸς γάρ ἐστιν.	deus enim est.	Deus est enim.

b) Exempla maioris momenti.

	Itala.	Vulgata.
Matth. 6,19.		
ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει.	ubi tinea et rubigo exterminat.	ubi aerugo et tinea demolitur.
Rom. 4,12.		
καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσιν τοῖς ἴχνεσιν τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ.	ut sit pater circumcisionis his, qui non solum ex circumcisione sunt, sed et his, qui sequuntur vestigia quae est in praeputio fidei patris nostri Abraham.	et sit pater circumcisionis non iis tantum, qui sunt ex circumcisione, sed et iis, qui sectantur vestigia fidei, quae est in praeputio patris nostri Abrahae.
Rom. 7,13.		
διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον.	per bonum mihi operatum est mortem.	per bonum operatum est mihi mortem.
Rom. 11,25.		
πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν.	caecitas ex parte Israhel facta est.	caecitas ex parte contigit in Israël.
1. Thess. 4,17.		
ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα.	simul cum illis rapiemur.	simul rapiemur cum illis.
2. Petr. 3,7.		
οἱ δὲ νῦν οὐρανοί.	qui autem nunc sunt caeli.	Coeli autem, qui nunc sunt.
Apoc. 3,16.		
οὔτε ζεστὸς οὔτε ψυχρός.	neque calidus neque frigidus.	nec frigidus nec calidus.
Matth. 5,45.	Itala Speculi.	
ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς.	super malos et bonos.	super bonos et malos.
Rom. 8,35.		
θλῖψις ἢ στενοχωρία ἢ διωγμὸς ἢ λιμὸς ἢ γυμνότης ἢ κίνδυνος;	tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum?	tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio?
1. Cor. 9.15.		
οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα.	non scripsi autem haec.	non autem haec scripsi.

	Itala Speculi.	Vulgata.
Gal. 5,22 . 23.		
ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραΰτης, ἐγκράτεια.	caritas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, benignitas[1]), fides, modestia[2]), continentia.	caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.
2. Tim. 2,7.		
σύνεσιν ἐν πᾶσιν.	intellectum in omnibus.	in omnibus intellectum.
2. Tim. 3,12.		
οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς.	qui volunt pie vivere.	qui pie volunt vivere.
Hebr. 7,4.	de Genesi ad litt.	
ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.	cui et decimam partem Abraham dedit de primitiis patriarcha.	cui et decimas dedit de praecipuis Abraham patriarcha.

Cuius diversitatis causas qui quaerunt, meminerint Hieronymum Latinitati optimae et probae studuisse[3]), praeterea interdum ex librorum mss. varietate eam ortam esse, cuius haec deprehendi exempla:

	Itala.	Vulgata.
Luc. 3,14.		
praeter verba καὶ ἡμεῖς τί ποιήσωμεν; quae est lectio editionum Elzevirianae et Stephanicae tertiae, haec quoque exstat a Tischendorfio accepta: τί ποιήσωμεν καὶ ἡμεῖς;	et nos quid faciemus?	Quid faciemus et nos?
1. Cor. 1,30.		
praeter ἐγενήθη σοφία ἡμῖν in isdem editionibus haec leguntur: ἐγενήθη ἡμῖν σοφία.	factus est sapientia nobis.	factus est nobis sapientia.

[1]) de Gen. ad litt. 12,24: benignitas, bonitas.

[2]) de Gen. ad. litt. add.: mansuetudo, quae primum glossa fuisse et deinde in textum irrepsisse videtur, sicut et »patientia« et »castitas« Vulgatae.

[3]) Neue Bruchstücke etc. pag. 2; Thielemann in Philologo 42, pag. 334.

	Itala.	Vulgata.
Apoc. 3,16.		
οὔτε ζεστὸς οὔτε ψυχρός (Tischend.; οὔτε ψυχρὸς οὔτε ζεστός ed. Elzev. et Steph.)	neque calidus neque frigidus.	nec frigidus nec calidus.
1. Cor. 7,7.		
ἴδιον ἔχει χάρισμα, ibid.	proprium habet donum.	
ἴδιον χάρισμα ἔχει.		proprium donum habet.

L., De vocabulis textui Graeco ab Hieronymo additis.

Haud paucis locis interpretatio vetustior textum Graecum accuratissime reddidit, Hieronymus autem unum vel complura vocabula addidit. Quae vocabula aut errore librariorum inserta aut ex librorum Graecorum mss., quibus auctor Vulgatae usus est, varietate orta aut ab hoc ipso politioris sermonis causa vel tanquam interpretationes sententiarum addita esse coniecerim.

Ut ab exemplis levioribus ordiamur primum coniunctio »et« multis locis textui Vulgatae occurrit inserta, in his Joh. 6,60 *σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;* It. durus est hic sermo, quis eum potest audire? Vulg. . . . et quis potest eum audire? praeterea Matth. 15,14. Luc. 14,7 et 13. Rom. 1,32 . 12,3. 1. Cor. 1,30. 2. Cor. 5,15 . 9,2. Ephes. 1,23. 1. Thess. 4,11. 2. Thess. 1,4. 1. Tim. 1,20 . 2,9 . 4,13. 2. Tim. 2,16 . 3,4 et 11. Tit. 1,5. 1. Petr. 3,1. Jac. 1,27 . 4,15 . 5,8.

Coniunctio »sed« exstat hic:

1. Joh. 2,1 *καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ*, It. et si quis peccaverit, Vulg. sed et si etc. et 1. Tim. 3,3.

Coniunctionem »autem« repperi 1. Cor. 15,26 *ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος*, It. inimica novissima destruetur mors, Vulg. novissima autem inimica etc.

Coniunctionem »ergo« deprehendi Rom. 8,35 *τίς ἡμᾶς χωρίσει;* It. quis nos separabit? Vulg. quis ergo nos etc.

Coniunctio »ita« legitur 1. Cor. 13,3 *ἵνα καυθήσωμαι*, It. ut ardeam, Vulg. ita ut ardeam.

Coniunctionis »enim duo collego exempla: Hebr. 12,4 *οὔπω . . . ἀντικατέστητε*, It. nondum . . . restitistis, Vulg. nondum enim etc. et 2. Joh. 6.

Adverbium »insuper« exhibet 2. Cor. 8,7 *σπουδῇ καὶ . . . ἀγάπῃ*, It. sollicitudine et . . . caritate, Vulg. sollicitudine insuper etc.

Pronomina »ipsi« et »omnes« occurrunt 2. Cor. 11,19 *φρόνιμοι ὄντες*, fragm. It. cum sitis sapientes, Vulg. cum sitis ipsi sapientes. Ephes. 1,1 *τοῖς ἁγίοις*, nova fragm. It. sanctis, Vulg. omnibus sanctis.

Varietatem codicum etiam nunc Rom. 11,22 invenimus, cum altera lectio sit *ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότητα*, altera, quam Tischendorf probavit, *ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότης θεοῦ*, quarum priorem Itala quater[1]) verbis »in te autem bonitatem« reddidit, quibus Hieronymus »Dei« addidit.

Vocabula tamquam scholia inserta his investigavi locis:

Matth. 19,4 *ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς*, It. qui fecit ab initio, Vulg. qui fecit hominem ab initio;

1. Cor. 3,13 *ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει*, It. dies enim declarabit, Vulg. dies enim Domini etc.

2. Cor. 1,12 *ἐν ἁπλότητι* (*ἁγιότητι* Tischend.) It. in simplicitate, Vulg. in simplicitate cordis;

2. Cor. 5,15 *καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν*, It. et pro omnibus mortuus est, Vulg. et pro omnibus mortuus est Christus;

Gal. 5,13 *διὰ τῆς ἀγάπης*, It. per caritatem, Vulg. per caritatem Spiritus;

Ephes. 5,26 *ἐν ῥήματι*, It. in verbo, Vulg in verbo vitae;

Philipp. 4,8 *εἴ τις ἔπαινος*, It. si qua laus, Vulg. si qua laus disciplinae;

2. Tim. 2,25 *παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους*, It. corripientem eos, qui resistunt, Vulg. . . . resistunt veritati;

1. Joh. 4,17 *τετελείωται ἡ ἀγάπη*, It. perfecta est caritas, Vulg. . . . caritas Dei, idem genetivus etiam Rom. 8,23 in Vulg. legitur.

---

[1]) contra Adim. c. 27; contra Faust. 9,2 et 21,3; de nat. boni c. 31.

Luc. 16,22 *ἀπέθανεν δὲ καὶ ὁ πλούσιος καὶ ἐτάφη*, It. . . . et sepultus est, Vulg. et sepultus est in inferno.

Act. ap. 2,4 *καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου*, It. quomodo spiritus dabat, Vulg. prout Spiritus sanctus dabat; idem adiectivum additur Rom. 15,30 et Eph. 5,18;

1. Cor. 7,13 *γυνὴ εἴ τις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον*. It. si qua mulier habet virum infidelem, Vulg. si qua mulier fidelis etc.

Matth. 25,37 *πότε σε εἴδομεν . . . . καὶ ἐθρέψαμεν;* It. quando te vidimus . . . et pavimus? Vulg. . . . et pavimus te?

Ephes. 6,4 *καὶ οἱ πατέρες, μὴ παροργίζετε*, It. et patres, nolite ad iracundiam provocare, Vulg. et vos, patres etc.; »vos« Vulg. etiam Ephes. 6,9 adiecit.

Philipp. 2,23 *τοῦτον . . . . ἐλπίζω πέμψαι*, It. hunc . . . . spero me mittere, Vulg. . . . . mittere ad vos;

Hebr. 13,1 *ἡ φιλαδελφία μενέτω*, It. caritas fraternitatis maneat, Vulg. maneat in vobis.

2. Cor. 12,10 *εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις*, It. placeo mihi in infirmitatibus, Vulg. add.: meis;

2. Cor. 4,5 *Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον*. It. Jesum Christum dominum, Vulg. . . . dominum nostrum.

2. Cor. 1,18 *πιστὸς ὁ θεὸς ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἔστιν ναὶ καὶ οὔ*. fragm. It. . . . quia sermo noster, qui ad vos, non est etiam et non, Vulg. . . . qui fuit apud vos, non est in illo est et non;

1. Thess. 2,13 *ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων*, It. accepistis non verbum hominum, Vulg. accepistis illud non ut verbum etc.

Luc. 12,42 *τοῦ διδόναι*, It. ut det, Vulg. ut det illis;

Hebr. 12,9 *πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς καὶ ἐνετρεπόμεθα*, It. patres . . habuimus eruditores et verebamur, Vulg. . . eruditores habuimus, et verebamur eos;

Hebr. 13,9 *ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατοῦντες*, It. quae non profuerunt ambulantibus, Vulg. add.: in eis.

1. Joh. 5.16 *οὐ περὶ ἐκείνης λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ*, It. ut roget, Vulg. ut roget quis.

Matth. 15,10 *προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον εἶπεν*, It. convocatis turbis ait, Vulg. convocatis ad se turbis.

Luc. 6,40 *κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος,* It. perfectus autem omnis erit sicut magister eius, Vulg. . . . . si sit sicut etc.;

1. Petr. 2,18 *οἱ οἰκέται. ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ,* It. servi, subditi cum omni timore, Vulg. . . . . subditi estote etc.

Rom. 14,19 *τὰ τῆς εἰρήνης διώκομεν καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους,* It. quae pacis sunt, sectemur, et quae aedificationis sunt in invicem, Vulg. . . . . quae aedificationis sunt in invicem custodiamus;

2. Cor. 9,6 *τοῦτο δὲ,* It. hoc autem, Vulg. hoc autem dico.

1. Cor. 15,36 *οὐ ζωοποιεῖται ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ,* It. . . nisi moriatur, Vulg. . . nisi prius moriatur.

Dubitandum est de 1. Tim. 6,9 *ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμον καὶ παγίδα,* It. et fragm. It.: incidunt in temptationem et laqueum, Vulg. in tentationem et in laqueum diaboli, cum vox diaboli codici Vulgatae Amiatino desit, ut interpolatio posterioris aetatis videatur esse.

Jam ei loci afferendi sunt, quibus interpretatio vetus et recens magis differunt, Itala tamen maiore tenacitate textum Graecum sequente. Cuius quidem differentiae haec collegi exempla;

Luc. 12.31 *ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ* (Tischendorf: *αὐτοῦ*), It. quaerite regnum dei, Vulg. quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius;

Rom. 5,8 *ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν,* It. cum adhuc peccatores essemus, Vulg. . . . essemus secundum tempus;

2. Cor. 11,3 *φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος,* It. et fragm. It. corrumpantur mentes vestrae a castitate, Vulg. corrumpantur sensus vestri et excidant a simplicitate;

2. Cor. 12,20 *μήπως ἔρις, ζῆλος, θυμοί, ἐριθεῖαι, καταλαλιαί, ψιθυρισμοί, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι,* fragm. It. ne forte contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones, quibus verbis Hieronymus »sint inter vos« adiecit.

Gal. 3,6 *καθὼς Ἀβραὰμ ἐπίστευσεν τῷ θεῷ,* Nova fragm. It. sicut Abraham credidit deo, Vulg. sicut scriptum est: »Abraham etc.«

1. Tim. 3,2 *κόσμιον, φιλόξενον.* It. ornatum, hospitalem, Vulg. ornatum, pudicum, hospitalem;

2. Tim. 4,5 *τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον.* It. ministerium tuum imple, Vulg. . . . imple. Sobrius esto. (cod. P^2 Speculi: subditus esto).

Tit. 2,5 *σώφρονας, ἁγίας,* It. prudentes, castas, Vulg. add. sobrias.

1. Petr. 3,8 *εὔσπλαγχνοι, ταπεινόφρονες,* It. misericordes, humiles, Vulg. misericordes, modesti, humiles; adiectivum »modesti« primum tamquam scholion in margine scriptum postea in textum delapsum esse putaverim;

2. Petr. 2,10 *δόξας οὐ τρέμουσιν βλασφημοῦντες,* It. sectas non metuunt, blasphemantes, Vulg. sectas non metuunt introducere blasphemantes;

Jac. 5,3 *ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις,* It. thesaurizastis in novissimis diebus, Vulg. thesaurizastis vobis iram in etc.

Apoc. 22,14 *οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν,* It. qui lavant stolas suas, Vulg. add.: in sanguine agni.

II.

De vocibus compositis.

In vocibus compositis transferendis utraque interpretatio vocem compositam pro composita reddere studuit, quo studio adductus auctor (vel auctores) Italae haud raro novas voces compositas finxerunt et formaverunt, ut singulas partes verborum Graecorum maxima cura servarent et supplerent[1]) Qua in re quanquam Itala et Vulgata saepe congruunt, interdum fit, ut illa maiore sit verborum tenacitate quam Hieronymus, qui probioris dictionis studio adductus simplici verbo utitur.

Nec eos locos silentio praeterierim quamquam paucos, quibus auctor Vulgatae diligentius compositum pro composito reddidit quam interpretatio vetustior.

---

[1]) Nova fragm. It. pag. 9 et 10.

A., Itala et Vulgata in vocibus compositis transferendis congruunt.

Ex magno exemplorum numero complura maxime memorabilia componamus substantivorum, adiectivorum, verborum, quorum multa et in libris scriptorum posterioris maxime temporis leguntur, quae utraque interpretatio ad verbum exprimere studuit novis interdum vocabulis fictis atque formatis.

a) Substantiva huius generis haec afferam:

Pro *ἀγαθοποιΐα* 1. Petr. 4,19 et *ἀποκάλυψις* Rom. 2,5. Ephes. 1,17 utraque versio »benefacta« et »revelatio« reddit, substantiva *ἀνταπόδοσις* Col. 3,24, *ἀπολύτρωσις* 1. Cor. 1,30. Ephes. 1,7, *εὐλογία* Rom, 16,18 substantivis »retributio, redemptio, benedictio« convertuntur; pro *ἐπισύστασις* 2. Cor. 11,28 »instantia« legitur; pro *καρδιογνώστης* Act. ap. 1,24 Itala »cordis intellector« exhibet, Hieronymus substantivum »intellector« tanquam improbum fugiens constructione relativa »qui corda nosti« utitur.

Quibus exemplis haec adnumeramus:

πρὸ καταβολῆς Ephes. 1,4 nova fragm. et Vulg. ante constitutionem;

κοσμοκράτορες Ephes. 6,12 It. et Vulg. mundirectores;

λογομαχίαι 1. Tim. 6,4 fragm. It. et Vulg. pugnae verborum;

μωρολογία Ephes. 5,4 It. et Vulg. stultiloquium;

παραβάται Jac. 2,9 It. et Vulg. transgressores;

περιτομή 1. Cor. 7,19, Gal. 6,15 It. et Vulg. circumcisio;

περιτέμνεσθαι, 1. Cor. 7,18. Gal. 6,12 It. et Vulg. circumcidi;

κατὰ πρόθεσιν, Ephes. 1,11 It. et Vulg. secundum propositum;

ἄρτοι προθέσεως Matth. 12,4 It. et Vulg. panes propositionis;

πρόκριμα 1. Tim. 5,2 It. et Vulg. praeiudicium;

προσφορά Ephes. 5,2 It. et Vulg. oblatio;

πρωτοκαθεδρία Marc. 12,39 It. et Vulg. primae cathedrae;

πρωτοκλισία Matth. 23,6 It. et Vulg. primi recubitus,

πρωτοκλισία Marc. 12,39 It. et Vulg. primi discubitus;
- Luc. 14,8 It. et Vulg. primus locus;
συζητητής 1. Cor. 1,20 It. et Vulg. conquisitor;
συμπρεσβύτερος 1. Petr. 5,1 It. et Vulg. consenior;
συμφυλέτης 1. Thess. 2,14 It. et Vulg. contribulis;
συνείδησις 1. Cor. 10,25.27 It. et Vulg. conscientia;
υἱοθεσία Ephes 1,5 It. et Vulg. adoptio filiorum.

Rom. 2,4 auctor Italae pro *μακροθυμία* substantivum »longanimitas« finxit, quod Hieronymus hoc quidem loco servavit, Gal. 5,22 autem et 1. Tim. 1,16 substantivo probiore et usitatiore »patientia« compensavit, quo iam Rom. 2,4 ad vocem *ἀνοχή* transferendam usus erat.

Rom. 15,4 et Luc. 6,24 Vulgata, fragm. It., Itala Speculi pro *παράκλησις* »consolatio« exhibent, fragmenta autem idem substantivum constantius etiam Rom. 15,5 retinent, Hieronymo substantivum solacii usurpante.

b) Adiectivorum haec exempla mihi in promptu sunt:
Εὐάρεστον Ephes. 5,10 It. et Vulg. beneplacitum;
ἰσόψυχος Philipp. 2,20 - - - unanimis;
κακοποιός 1. Petr. 2,12 - - - melefactor;
πρωτότοκος Rom. 8,29. Col. 1,15 It. et Vulg. primogenitus;
σύμμορφος Rom. 8,29 It. et Vulg. conformis;
ὑπέρακμος 1. Cor. 7,36 It. et Vulg. superadulta;
ψευδολόγων 1. Tim. 4,2 It. mendaciloquorum, Vulg. loquentium mendacium.

c) Verborum compositorum cum sint exempla frequentissima, quae mihi mentione digna videntur esse in medium proferam.

Pro *ἀγαθοποιοῦντας* et *κακοποιοῦντας* It. et Vulg. 1. Petr. 3,17 »bene facientes« et »male facientes« reddiderunt, pro *ἀνακαλύπτειν* eaedem una cum fragm. Italae 2. Cor. 3,14 »revelare« exhibent, quo verbo Matth. 16,17. Rom. 8,18. Gal. 1,6 *ἀποκαλύπτειν* expresserunt. Vulg. et fragm. Italae verba *ἀναπληροῦν* 1. Cor. 16,17, *ἀναστρέφεσθαι* 2. Cor. 1,12, *ἀνίστασθαι* Rom. 15,12, *ἀπολούεσθαι* 1. Cor. 6,11, *ἀπωθεῖσθαι* 1. Tim. 1,19 verbis supplendi, conversandi, exsurgendi, abluendi, repellendi interpretantur.

Jam in utraque interpretatione »eligere, permanere, inducere, benedicere« idem declarant Latine, quod Ephes. 1,4. 1. Cor. 1,28. 1. Tim. 5,21 *ἐκλέγεσθαι*, Gal. 3,10 *ἐμμένειν*, Gal. 3,27 *ἐνδύεσθαι*, Gal. 3,8. Ephes. 1,3 *εὐλογεῖν*. Participium *τὰ ἐξουθενημένα* 1. Cor. 1,28 ab Hieronymo et in fragmentis It. ad sententiam adiectivo »contemptibilia« transfertur; pro verbis *ἐπακολουθεῖν* 1. Tim. 5,24 et *ἐπιδιατάσσεσθαι* Gal. 3,15 in eisdem libris et in novis fragm. It. »subsequi« et »superordinare« leguntur, quorum alterum verbum a scriptoribus ecclesiasticis formatum esse iam Roensch demonstravit [1]).

Pro *ἑτεροδιδασκαλεῖν* 1. Tim. 6,3, *ζωοποιεῖν* Joh. 6,63. 1. Cor. 15,22 . 45. 2. Cor. 3,6, *συζωοποιεῖν* Ephes. 2,5 Vulgata et fragmenta Italae »aliter docere, vivificare, convivificare« exhibent, quibus haec adicimus verba de isdem libris deprompta:

καταγγέλλειν 1. Cor. 2,1. Philipp. 1,17 = adnuntiare,
μετασχηματίζεσθαι 2. Cor. 11,13 = se transfigurare,
προετοιμάζειν Ephes. 2,10 = praeparare.
προευαγγελίζεσθαι Gal. 3,8 = praenuntiare,
προορᾶν Gal. 3,8 = providere,
προορίζειν Ephes. 1,5 = praedestinare,
συνεργεῖν Rom. 8,28. 1. Cor. 16,16 = cooperari,
ὑπερεκτείνειν 2. Cor. 10,14 = superextendere,
ὑπερπλεονάζειν 1. Tim. 1,14 = superabundare,
συγκεκλεισμένοι Gal. 3,23 = conclusi.

Quibus omnibus verbis eos liceat adnumerare locos memoria dignos, quibus Vulgata et Itala Speculi inter se consentiunt:

Ἀναμιμνήσκεσθαι Hebr. 10,32 = rememorari,
ἐκδαπανᾶσθαι 2. Cor. 12,15 = superimpendi,
παρεισδύειν Jud. 4 = subintroire,
παρεισφέρειν 2. Petr. 1,5 = subinferre,
συνδοξάζειν Rom. 8,17 = conglorificare,
συγχαίρειν 1. Cor. 12,26 = congaudere, Philipp. 2,17 congratulari,

---

[1]) l. c. pag. 201.

ὑπερεκχυνόμενος Luc. 6,38 = superfluens;

συνήδεσθαι Rom. 7,22 Vulg. et It. in de Gen. = condelectari.

B., Itala voces compositas accuratius quam Vulgata transtulit.

Licet magnum vocum compositarum ab utraque interpretatione bene translatarum numerum protulerim, tamen permultis locis interpretatio vetustior maiore verborum tenacitate voces eius generis accuratius vertit etymologiae melius serviens quam Hieronymus, qui aut nulla voce utitur composita aut ea, cuius partes vocabulum Graecum minus perspicue declarant, cum ad sententiam magis quam ad verbum transferat.

Jam ut primum eos locos afferam, quibus auctor Vulgatae pro voce composita simplici usus est substantivo, Gal. 3,14 pro *ἐπαγγελία* rectius in novis fragmentis Italae »adnuntiatio« dicitur quam ab Hieronymo pollicitatio;

Rom. 1,24 Itala pro *ἐπιθυμία* »concupiscentia« reddit, Vulgata »desiderium«;

1. Tim. 2,1 It. et fragm. It. *ἐντεύξεις* »interpellationes«, Vulg. »postulationes« interpretantur.

Cuius tenacitatis Italae haec praeterea collegi exempla:

Gal. 4,2 *ἐπίτροπος* It. et nova fragm. It. procurator, Vulg. tutor;

Matth. 8,20 *κατασκήνωσις* It. et nova fragm. It. diversorium, Vulg. nidus;

2. Cor. 1,11.24. 1. Cor. 3,9 *συνυπουργοῦντες, συνεργοί* fragm. It. et It. cooperantes, cooperatores, cooperarii, Vulg. adiuvantes, adiutores, Philipp. 2,25 autem utraque versio pro *συνεργόν* »cooperatorem« reddidit;

Philipp. 1,7 *συγκοινωνούς* fragm. It. consocios, Vulg. socios;

1. Tim. 6,11 *ὑπομονή* fragm. It. sustinentia, Vulg. patientia,

2. Cor. 1,6 *ὑπομονή* fragm. It. sustentatio, Vulg. tolerantia;

Ephes. 4,2 *ταπεινοφροσύνη*, It. humilitas animi, Vulg. humilitas.

2. Tim. 3,2 Itala sine dubio etymologiae melius quam Hieron. servivit, cum pro adiectivo *φιλάργυροι* »amatores pecuniae«, hic autem merum adiectivum »cupidi« redderet.

Auctorem Italae interdum tenacitatis modum excedere 1. Tim. 2,1 testificatur, quo loco Itala et fragm. It. pro *προσευχή* »adoratio« exhibent, quod perperam dictum esse et ipse Augustinus ep. 149,13 concedit et nobis concedendum est considerantibus substantivum adorationis aliis locis idem ostendere atque nostrum »Anbetung« et interpretes Bibliorum Sacrorum verbo adorandi pro Graecorum *προσκυνεῖν* et substantivo adoratoris pro Graeco *προσκυνητής* uti consuevisse [1]), hoc autem loco totam sententiam notionem requirere, quae inest nostro »Gebet«, cui Vulgatae »oratio« optime congruit.

Etiam verborum compositorum ab auctore Italae maiore quam ab Hieronymo tenacitate translatorum magnum collegi numerum:

1. Cor. 2,15 *ἀνακρίνειν* fragm. It. bis: diiudicare, Vulg. iudicare;

Luc. 6,35 It. Speculi pro *ἀπελπίζοντες* quasi in servitutem addicta »desperantes« reddidit perperam novam quandam sententiam sub hac voce subiciens, Vulg. melius »inde sperantes«.

1. Tim. 6,10 *ἀπεπλανήθησαν*, It. aberraverunt [2]) et pererraverunt [3]), fragm. It. peregrinati sunt, Vulg. erraverunt;

1. Tim. 6,5 *ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας*, fragm. It. a veritate destitutorum, Vulg. probius: qui veritate privati sunt;

Luc. 12,9 *ἀπαρνεῖσθαι*, It. denegare, Vulg. negare;

Luc. 16,22 *ἀποφέρειν*, It. auferre, Vulg. portare;

Gal. 3,19 *διαταγείς*, nova fragm. It. dispositus, Vulg. ordinatus;

2. Cor. 5,3 *ἐνδύεσθαι*, It. induere, Vulg. vestire;

Luc. 9,62 *ἐπιβάλλειν*, It. imponere, Vulg. mittere;

---

[1]) Roensch l. c. pag. 55 et 439.

[2]) Euodii de fide contra Manich. c. 4.

[3]) de civ. Dei, 1,10.

Act. ap. 1,19. 2,9. 2. Petr. 3,13 *κατοικεῖν*, It. inhabitare, Vulg. habitare;

1. Cor. 16,6 *παραμένειν*, It. remanere, Vulg. manere;

Rom. 14,10 *παραστησόμεθα*, It. et fragm. It. adstabimus, Vulg. stabimus;

Rom. 15,4 *προεγράφη*, It. et fragm. It. ante scripta sunt, Vulg. scripta sunt; sed haud scio an haec diversitas ex diversitate codicum orta sit, cum cod. Vatic. *ἐγράφη* exhibeat, plurimi autem verbum compositum a Tischendorfio probatum *προεγράφη* laudent.

Gal. 3,19 *προοετέθη* nova fragm. It. proposita est, Vulg. posita est;

Gal. 2,12 *συνεσθίειν* fragm. It. novato verbo: convesci[1]), Vulg. probius: edere;

Rom. 9,1 *συμμαρτυρεῖν*, It. contestari, Vulg. testimonium perhibere;

2. Cor. 5,14 *συνέχειν*, It. compellere, Vulg. urgere;

Rom. 8,37 *ὑπερνικᾶν*, It. supervincere, Vulg. superare;

Ephes. 2,7 *ὑπερβάλλειν*, It. superabundare, Vulg. abundare.

Deinde eos locos contemplemur, quibus Hieronymus voce quidem utitur composita, sed ea, quae vocem Graecam non tam accurate declaret quam Itala.

Substantiva pauca deprehendi:

1. Tim. 6,5 Itala pro *διαπαρατριβαί* »perconfricationes« finxit, Vulg. »conflictationes« exhibet, substantivum argenteae quae dicitur Latinitatis;

Rom. 11,15 *ἀποβολή*, It. reiectio, Vulg. amissio;

Rom. 16,27 *διχοστασίαι* It. discessiones, Vulg. dissensiones.

Adiectivorum quoque duo tantum exempla exstant:

Tit. 1,7 *αἰσχροκερδής* It. turpilucrus, Vulg. turpis lucri cupidus;

Hebr. 12,16 *τὰ πρωτοτόκια* It. »primogenita«, Vulg. primitiva.

Verba eius generis haec repperi:

---

[1]) Rönsch, l. c. pag. 187, ubi hunc locum desidero.

Luc. 13,29 *ἀνακλιθήσονται* It. recumbent, Vulg. accumbent;

1. Tim. 4,4 *ἀπόβλητον* It. abiciendum, Vulg. rejiciendum;

Matth. 18,35. 19,27 *ἀφιέναι* It. dimittere, Vulg. remittere, relinquere;

1. Joh. 2,19 *ἐξῆλθον* It. exierunt, Vulg. prodierunt;

Act. ap. 1,18 *ἐξεχύθη* It. effusa sunt, Vulg. diffusa sunt;

Apoc. 20,9 *κατέφαγεν* It. comedit, Vulg. devoravit;

Rom. 7,5 *καρποφορεῖν* It. fructum ferre, Vulg. fructificare;

Act. ap. 1,4 *συναλιζόμενος* It. conversatus est, Vulg. convescens;

Act. ap. 1,21 *συνέρχεσθαι* It. convenire, Vulg. congregari;

2. Thess. 2,4 *ὑπεραιρόμενος* It. superextollitur, Vulg. extollitur;

Matth. 24,13 *ὁ δὲ ὑπομείνας* It. qui autem permanserit, Vulg. . . . perseveraverit;

1. Tim. 1,18 *τὰς προαγούσας,* fragm. It. procedentes, Vulg. praecedentes;

Gal. 2,6 *προσανέθεντο,* fragm. It. adposuerunt, Vulg. contulerunt;

Gal. 3,1 *οἷς Χριστὸς προεγράφη,* fragm. It. quibus Chr. proscriptus est, Vulg. praescriptus est.

C., De exceptionibus.

Pauci denique loci non sunt neglegendi, quibus Hieronymi interpretatio vetustiori praeferenda videtur esse, cum melius ad textum Graecum conveniat.

Quales locos hos inestigavi:

Matth. 16,4. 1. Cor. 11,31 *διακρίνειν* Vulg. diiudicare, It. probare, iudicare;

2. Tim. 2,21 *ἐκκαθαίρειν* Vulg. emundare, It. mundare;

Rom. 12,2 *εὐάρεστος* Vulg. beneplacens, It. placens;

1. Cor. 10,5 *εὐδόκησεν ὁ θεός* Vulg. beneplacitum est Deo, It. conplacuit;

Joh. 1,18 *μονογενής* Vulg. unigenitus, It. unicus;

Marc. 10,9 *συζευγνύναι* Vulg. coniungere, It. iungere;

2. Cor. 1,16 *διελθεῖν* Vulg. transire, fragm. It. proficisci;

2. Cor. 12,15 *ἐκδαπανᾶν* Vulg. superimpendere, It. impendere;

Ephes. 2,6 *συνεγείρειν* Vulg. conresuscitare, It. simul excitare.

III.

De α privativo.

Substantiva et adiectiva cum α privativo composita utraque interpretatio ad verbum expressit voces negantes syllaba in — praeposita formans et nova interdum vocabula fingens[1]). Haud raro negationem adverbio »non« et praepositione »sine« effectam repperi.

Rarissime factum est, ut Hieronymus voce affirmativa uteretur Itala diligentius negativam usurpante, contra ea saepe miraberis, quod in Itala vocem affirmativam, in Vulgata negativam inveneris.

Substantivorum α privativo formatorum, quae utraque versio vocabulo negativo syllaba »in« praeposita transtulit. haec collegi exempla:

Ἄγνωσία 1. Cor. 15,34 It. et Vulg. ignorantia;

ἀδικία Act. ap. 1,18 It. iniustitia, Vulg. iniquitas;

ἀδικία Luc. 16,9. Rom. 3,5 It. et Vulg. iniquitas;

ἀδηλότης 1. Tim. 6,17 It. et Vulg. incertum;

ἀκαθαρσία Rom. 1,24 It. et Vulg. immunditia;

ἀκρασία Matth. 23,25 It. et Vulg. immunditia;

ἀκρασία 1. Cor. 7,5 It. et fragm. It. intemperantia, Vulg. incontinentia;

ἀνομία Matth. 7,23. 23,28. 2. Cor. 6,14. 1. Joh. 3,4 It. et Vulg. iniquitas;

ἀπείθεια Rom. 11,30 It. et Vulg. incredulitas;

---

[1]) Rönsch, l. c. pag. 475.

ἀπείθεια Rom. 11,32 It. infidelitas, Vulg. incredulitas;

ἀπιστία Rom. 11,23. 1. Tim. 1,13 It. et Vulg. incredulitas;

ἀσέβεια Rom. 1,18 It. et Vulg. impietas;

ἀσέλγεια Marc. 7,22 It. et Vulg. impudicitia;

τὰ ἀσθενήματα Rom. 15,1 It. et Vulg. imbecillitates;

ἀτιμία Rom. 1,26. 2. Cor. 6,8 It. et Vulg. ignominia, ignobilitas;

ἀσθένεια 2. Cor. 13,4 fragm. It. et Vulg. infirmitas;

ἀφροσύνη 2. Cor. 11,1 fragm. It. et Vulg. insipientia.

Adiectiva haec deprehendi:

Ἄγαμος 1. Cor. 7,11 It. et Vulg. innupta;

ἄδικος Rom. 3,5 It. et Vulg. iniquus;

ἀδύνατος Matth. 19,26 It. et Vulg. impossibilis;

ἀκάθαρτος 1. Cor. 7,14. Act. ap. 10,14 It. et Vulg. immundus;

ἄκακος Rom. 16,18 It. et Vulg. innocens;

ἄκαρπος Ephes. 5,11 It. et Vulg. infructuosus;

ἀκρατής 2. Tim. 3,3 It. et Vulg. incontinens;

ἀμετακίνητος 1. Cor. 15,58 It. et Vulg. immobilis;

ἀναίτιος Matth. 12,7 It. et Vulg. innocens;

ἀναπολόγητος Rom. 1,20 It. et Vulg. inexcusabilis;

ἀνένδεκτος Luc. 17,1 It. et Vulg. impossibilis;

ἀνεπαίσχυντος 2. Tim. 2,15 It. inreprehensibilis, Vulg. inconfusibilis;

ἀνεπίληπτος 1. Tim. 3,2.5,7 It. et Vulg. irreprehensibilis;

ἀνήμερος 2. Tim. 3,3 It. et Vulg. immitis;

ἀπειθής Tit. 1,16 It. et Vulg. incredibilis;

ἄπιστος Joh. 20,27 It. et Vulg. incredulus;

ἄπιστος 1. Cor. 6,6.7,12. 2. Cor. 4,4 It. et Vulg. infidelis;

ἄῤῥωστος 1. Cor. 11,30 It. et Vulg. imbecillis;

ἄσοφος Ephes. 5,15 It. et Vulg. insipiens;

ἀσύνετος Marc. 7,18 It. et Vulg. imprudens;

ἀσύνθετος Rom. 1,31 It. et Vulg. incompositus;

ἄτακτος 1. Thess. 5,14 It. et Vulg. inquietus;

ἄφθαρτος 1. Cor. 9,25 It. et Vulg. incorruptus;

ἀχάριστος Luc. 6,35 It. et Vulg. ingratus;

ἀσθενής 1. Cor. 1,25 fragm. It. et Vulg. infirmus;

ἄμωμος Eph. 1,4 fragm. It. et Vulg. immaculatus;

ἀνεκδιήγητος 2. Cor. 9,15 fragm. It. et Vulg. inenarrabilis;

ἄφρων 2. Cor. 11,16 fragm. It. et Vulg. insipiens.

Adverbia repperi

ἀναξίως 1. Cor. 11,27 It. et Vulg. indigne;

ἀτάκτως 2. Thess. 3,6 It. et Vulg. inordinate.

Verba haec legi:

Ἀσθενεῖν 2. Cor. 13,3 fragm. It. et Vulg. infirmari;

ἀκυροῦν Gal. 3,17 nova fragm. It. infirmare, Vulg. irritum facere;

ἀστατεῖν 1. Cor. 4,11 It. et Vulg. instabilem esse.

Ut denique substantivum ἀφθαρσία 1. Cor. 15,42 . 50 et adiectiva ἀκατάγνωστος, ἀμαράντινος, ἀμετανόητος, ἀνεξερεύνητος, ἀνεξιχνίαστος, ἀόρατος, ἀπρόσιτος, ἄσβεστος, ἄφθαρτος Tit. 2,8 1. Petr. 5,4. Rom. 2,5 . 11,33 . 1,20. Col. 1,16. 1. Tim. 1,17 . 6,17. Marc. 9,43. Rom. 1,23. 1. Cor. 15,52 ad verbum transferrent, scriptores ecclesiastici nomina nova excogitaverunt, quae sunt: incorruptio, incorruptela, irreprehensibilis, immarcescibilis, inpaenitens, inscrutabilis, investigabilis, invisibilis, inaccessibilis, inexstinguibilis (quod nomen cum iam in fragmento Varronis occurrat a scriptoribus eccl. ex lingua vulgari haustum videtur esse) incorruptibilis. Quae nomina omnia in Itala legimus Hieronymusque retinuit. Plurima eorum sicut complura nomina composita, de quibus supra egimus, consuetudine loquendi ecclesiasticorum in linguam Francogallicam irrepserunt[1]) formis »incorruption, irréprehensible, immarcessible, impénitent, inscrutable, invisible, inaccessible, inextinguible, incorruptible« assumptis.

Nec vero semper nova eiusmodi nomina formare licebat et aliae rationes convertendi ineundae erant; itaque adverbio »non« Itala et Vulgata his utebantur locis:

Rom. 10,21 ἀπειθοῦντα = non credentem,

2. Tim. 3,2 γονεῦσιν ἀπειθεῖς = parentibus non oboedientes,

[1]) Neue Bruchstücke, pag. 10.

2. Cor. 5,1 *ἀχειροποίητος* = non manu factus,
Tit. 1,2 *ἀψευδής* = non mendax.
Praepositionis »sine« haec collegi exempla:
Ἄγαμος 1. Cor. 7,32 = sine uxore,
ἄδολος 1. Petr. 2,2 = sine dolo,
ἄθεος Ephes. 2,12 = sine deo,
ἀμέριμνος 1. Cor. 7,32 = sine sollicitudine,
ἀνέγκλητος 1. Cor. 1,8 = sine crimine,
ἀνελεήμων Rom. 1,31 = sine misericordia,
ἀνίλεως Jac. 2,13 = sine misericordia,
ἄνομος 1. Cor. 9,21 = sine lege,
ἀπρόσκοπος Philipp. 1,10 = sine offensione, sine offensa,
ἄσπονδος, ἄστοργος. ἀφιλάγαθος 2. Tim. 3,3 = sine pace, sine affectatione, sine benignitate,
ἀσύνετος Matth. 15,16 = sine intellectu [1]),
ἀδιαλείπτως 1. Thess. 2,13 = sine intermissione,
ἀνόμως Rom. 2,12 = sine lege,
ἀφόβως Philipp. 1,14 = sine timore.
Praepositionem »absque« semel deprehendi:
Rom. 1,31 *ἄσπονδος* It. et Vulg.; absque foedere.

Tres loci non videntur esse omittendi, quibus Hieronymus voce negativa, quam Itala accurate servavit, immutata affirmativam usurpavit:

2. Cor. 12,4 *ἄῤῥητα ῥήματα* It. ineffabilia verba, Vulg. arcana,

1. Cor. 12,2 *τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα,* It. simulacra sine voce, Vulg. muta,

2. Cor. 7,10 »musste (ut ipsius Ziegleri [2]) verbis utar) das dem Griechischen abgelauschte »impaenitendus« (ein Neologismus für *ἀμεταμέλητος,* der sich bei Apuleius, Met. 277 wieder findet) bei Hieronymus dem matten stabilis weichen«.

Quibus maioris tenacitatis Italae exemplis adnumerari licet 1. Cor. 14,14, cum pro *ἄκαρπος* interpretatio vetustior adiectivo retento »infructuosus«, Vulg. autem maiore quadam licentia »sine fructu« reddiderit.

---

[1]) contra Adim. c. 15; contra Faust. 16,31: insipientes.

[2]) Ziegler, Italafragmente etc. pag. 64; Luther: Eine Reue, die niemand gereuet.

Tot exemplis tenacitatis Italae allatis mirandum est, quod reverenda illa versio sibi non constitit, sed nonnulla substantiva et adiectiva inveniuntur, quorum formam negativam illa quidem neglexit, Hieronymus autem bene retinuit. Cuius rei haec notavi exempla:

Ἄνοια 2. Tim. 3,9 It. et fragm. It. dementia, Vulg. insipientia,

ἀτιμία 1. Cor. 15,43 It. et fragm. It. contumelia, Vulg. ignobilitas,

ἀφροσύνη 2. Cor. 11,17 It. et fragm. It. stultitia, Vulg. insipientia,

ἄτιμος 1. Cor. 12,23 It. et fragm. It. vilis, Vulg. ignobilis,

ἄφρων 1. Cor. 15,36 It. et fragm. It. stultus, Vulg. insipiens,

ἀνόητος Gal. 3,1 It. et fragm. It. stultus, Vulg. insensatus.

Sed pro *ἀνόητος* Gal. 3,3 utraque interpretatio »stultus« reddidit, sicut et 1. Tim. 6,9 Itala[1]) et fragm. It. pro *ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους* »desideria stulta« exhibent, cum in Vulgata »desideria multa inutilia« legamus, qua ex diversitate coniecerim textum Graecum Hieronymi *ἀνονήτους* exhibuisse, quod adiectivum et Chrysostomum et alios scriptores ecclesiasticos legisse scimus.

Vocem positivam et Itala et Vulgata hisce locis usurpant:

Matth. 23,27 *ἀκαθαρσία* = spurcitia,
Marc. 7,22 *ἀφροσύνη* = stultitia,
Rom. 9,2 *ἀδιάλειπτος* = continuus,
Tit. 1,16 *ἀδόκιμοι* = reprobi,
2. Tim. 3,2 *ἀνόσιοι* = scelesti.

IV.

De vocabulis peregrinis.

Antiquis iam temporibus vocabula peregrina a Graecis maxime petita linguae Latinae non defuerunt, cum et lingua et

[1]) De civ. Dei 1,10; Spec. 38 adiectivum »inutilia« legitur, quod a librariis e Vulgata depromptum videtur esse.

scriptores Graeciae multum ad linguam et litteras Latinas excolendas valerent, sed numerus eorum valde auctus est religione Christiana in omnes partes imperii Romani et in litteras Latinas permanante. Ex Graeco sermone libri divini in Latinum conversi erant et una cum novis rationibus atque cogitationibus vocabula Graeca in linguam Latinam irrepserunt [1]).

Qua de causa fieri non potuit, quin Itala quoque nostra qua est verborum tenacitate vocabula peregrina retineret neque Hieronymus ea evitare posset. Et re vera interpretatio vetus et recens saepissime pariter vocabula externa servaverunt, interdum illa sibi constans ea retinuit, haec vocabulo Latino usa est, quibusdam autem locis Hieronymus maiore fuit tenacitate.

Ac primum quidem ea afferamus vocabula peregrina, quibus pariter utuntur.

a) Substantiva.

Abyssus (ἄβυσσος), aenigma (αἴνιγμα), anathema (ἀνάθεμα), angelus (ἄγγελος), antichristus (ἀντίχριστος), apocalypsis (ἀποκάλυψις), apostolatus (ἀποστολή), apostolus (ἀπόστολος), archangelus (ἀρχάγγελος), baptista (βαπτιστής), baptismus et baptisma (βάπτισμα), barbarus (βάρβαρος), blasphemia (βλασφημία), blasphemus (βλάσφημος), bravium (βραβεῖον), caminus κάμινος), cathedra (κάθεδρα), cetus (τὸ κῆτος), charisma (χάρισμα), clibanus (κλίβανος), cymbalum (κύμβαλον), cyminum (κύμινον), daemonium (δαιμόνιον), diabolus (διάβολος), diaconus (διάκονος), ecclesia (ἐκκλησία), eleemosyna (ἐλεημοσύνη), epi-

[1]) Funck, Archiv für latein. Lexikographie und Grammatik III, pag. 399: »Die neuen Vorstellungen erheischten neuen Ausdruck, sie erheischten kurzen Ausdruck, weil die Verkündiger der Lehre des Heils nicht dem Gebildeten gelehrt auseinandersetzen wollten, was ihre Meinung, sondern dem armen, unwissenden Volke in knappem Worte mit eindringlicher Rede das Erlösende ans Herz legen wollten. Schon aus frommer Scheu liessen die Väter der Kirche möglichst unverändert, was irgend bleiben konnte, wagten — vielleicht nach vergeblichen Versuchen — nicht, durch das heidnische Wort den christlichen Sinn zu verdunkeln. So bildete sich allmählich jener ehrwürdige Bibeltext, der, so lange in lateinischer Zunge gepredigt wurde und gepredigt wird, auf die Kanzelberedsamkeit von allergrösstem Einfluss gewesen sein muss«.

scopus (ἐπίσκοπος), episcopatus (ἐπισκοπή), ethnicus (ἐθνικός), eunuchus (εὐνοῦχος), evangelista (εὐαγγελιστής), evangelium (εὐαγγέλιον), gazophylacium (γαζοφυλάκιον), gehenna (γεέννα), haeresis (αἵρεσις), holocaustoma et holocautoma (ὁλοκαύτωμα), hymnus (ὕμνος), hypocrisis (ὑπόκρισις), hypocrites (ὑποκριτής), idiotes (ἰδιώτης), idolium (εἰδωλεῖον), idolum (εἴδωλον), idololatres (εἰδωλολάτρης), idolothytum (εἰδωλόθυτον), mammonas (μαμμωνᾶς), margarita (μαργαρίτης), mysterium (μυστήριον), neomenia (νουμηνία), neophytus (νεόφυτος), paedagogus (παιδαγωγός), parabole (παραβολή), paracletus (παράκλητος), paradisus (παράδεισος), paralyticus (παραλυτικός), parapsis et paropsis (παροψίς), pascha (πάσχα), pentecoste (πεντηκοστή), pera (πήρα), peripsema (περίψημα), petra (πέτρα). phylacterium (φυλακτήριον), platea (πλατεῖα), presbyter (πρεσβύτερος), presbyterium (πρεσβυτέριον), propheta (προφητής), prophetia (προφητεῖα), proselytus (προσήλυτος), psalmus (ψαλμός), pseudoapostolus (ψευδαπόστολος), pseudochristi (ψευδόχριστοι), pseudopropheta (ψευδοπροφήτης), rabbi (ῥαββί), sabbatismus (σαββατισμός), sabbatum (σάββατον), satanas (σατανᾶς), scandalum (σκάνδαλον), schisma (σχίσμα), scorpio (σκορπίος), synagoga (συναγωγή), talentum (τάλαντον), thesaurus (θησαυρός), thronus (θρόνος), zizania (τὰ ζιζάνια), zona (ζώνη).

b) Adiectiva.

Azymus (ἄζυμος), propheticus (προφητικός).

c) Verba.

Angariare (ἀγγαρεύειν), in agone contendere (ἀγωνίζεσθαι), aporiari (ἀπορεῖσθαι), baptizare[1]) (βαπτίζειν), blasphemare (βλασφημεῖν), catechizare (κατηχεῖν), cauteriare (καυτηριάζειν), colaphizare et colaphis caedere (κολαφίζειν), evangelizare (εὐαγγελίζεσθαι, quod verbum ipsum quoque apud scriptores Latinos posterioris aetatis frequentissimum est), moechari (μοιχᾶσθαι), prophetare (προφητεύειν), psallere (ψάλλειν), scandalizare (σκανδαλίζειν), thesaurizare (θησαυρίζειν, ἀποθησαυρίζειν).

---

[1]) hoc verbum frequentissimum omnium peregrinorum apud omnes fere posterioris temporis scriptores esse Funck (Archiv III pag. 426) testatur 70 scriptores enumerans, qui eo sunt usi.

Horum quoque vocabulorum compositorum plurima linguae Francogallicae tradita sunt.

Deinde eos locos componamus, quibus Itala vocabula peregrina retinuit, Vulgata Latine expressit:

	Itala.	Vulgata.
Gal. 5,20.		
αἱρέσεις.	haereses.	sectae.
1. Cor. 15,52.		
ἐν ἀτόμῳ.	in atomo.	in momento.
Col. 3,5.		
εἰδωλολατρεία.	idolorum servitus.	simulacrorum servitus, Gal. 5,20 idolorum servitus.
Joh. 3,14.		
ἐν τῇ ἐρήμῳ.	in heremo.	in deserto.
Matth. 19,12.		
εὐνούχισαν.	eunuchizaverunt.	castraverunt.
2. Cor. 11,2.		
ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ.	zelo dei vos zelo, (contra Adim. c. 7; in fragm. It. eadem leguntur verba, quae in Vulgata).	aemulor enim vos Dei aemulatione.
Matth. 5,32.		
μοιχᾶται.	erit moechus.	adulterat.
2. Cor. 4,8.		
ἐξαπορεῖσθαι.	exaporiari.	destitui.
Ephes. 1,9.		
τὸ μυστήριον.	mysterium.	sacramentum.
1. Cor. 2,1.		
τὸ μαρτύριον (τὸ μυστήριον tres codices antiqui).	mysterium.	testimonium.

Denique ne eos locos omittamus, quibus Hieronymus nomen Graecum servavit, Itala vertit:

	Itala.	Vulgata.
Act. ap. 1,25.		
ἀποστολῆς.	adnuntiationis.	apostolatus.
1. Cor. 10,7.		
μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε.	neque idola colamus. (It. in Locutionum lib. II: neque idolis serviamus, sicut fragm. It. et Vulg. 1. Cor. 6,4 pro εἰδωλολάτραι »idolis servientes« reddunt).	neque idololatrae efficiamini.

	Itala.	Vulgata.
Rom. 10,15. Gal. 1,8.16. *εὐαγγελίζεσθαι.*	adnuntiare.	evangelizare.
Matth. 6,19. *μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυρούς.*	nolite vobis condere thesauros.	nolite thesaurizare vobis thesauros.
Luc. 21,34. *ἐν κραιπάλῃ.*	cruditate.	in crapula.
Matth. 19,9. *μοιχᾶται.*	adulterium committit.	moechatur.
Rom. 11,25. *μυστήριον.*	sacramentum.	mysterium.
1. Cor. 12,25. *σχίσμα.*	scissura.	schisma.
Apoc. 20,4. *χάραγμα.*	inscriptio.	character.
1. Cor. 3,3. *ζῆλος.*	fragm. Italae. aemulatio.	zelus.

V.

De articulo.

Diversas utraque interpretio rationes iniit, ut articulum, cuius usus apud Graecos frequentissimus erat, redderent.

Articulum communia proprie dicentem, quo res quaedam definita et nota declaratur, reddere non solebant, ut Matth. 5,16 *ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, in coelis; Matth. 5,17 *καταλῦσαι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας*, solvere legem et prophetas; Matth. 5,33 *τῷ κυρίῳ*, Domino; Joh. 1,14 *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο*, verbum caro factum est; 1. Cor. 8,3 *ἀγαπᾷ τὸν θεόν*, diligit Deum; 1. Tim. 6,10 *ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως*, a fide pererraverunt.

Idem articulus neglegitur, si substantivum, cui adiunctus est, vocabulis additis definitur et ab aliis segregatur, ut Joh. 12,43 *τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων*, gloriam hominum; Matth. 11,29 *ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν*, animabus vestris; Luc. 10,42 *τὴν ἀγαθὴν μερίδα*, optimam partem; Matth. 19,28 *τὰς δώδεκα φυλάς*, duodecim tribus; Joh. 14,15 *τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμάς*, mandata mea; 1. Tim. 6,17 *ἐν τῷ θεῷ τῷ ζῶντι*, in Deo vivo;

Matth. 5,3 *οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι*, pauperes spiritu; Matth. 6,23 *τὸ φῶς τὸ ἐν σοί*, lumen, quod in te est; 1. Tim. 6,6 *ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας*, pietas cum sufficientia; Matth. 19,18 *εἶπεν· Τὸ »οὐ φονεύσεις κτέ«*, dixit: »non homicidium facies etc.«

Articulus quoque demonstrativus coniunctionibus *μέν* et *δέ* coniunctus non transfertur, ut Rom. 8,10 *τὸ μὲν σῶμα .... τὸ δὲ πνεῦμα*, corpus quidem .... spiritus autem.

Articulo addito Graeci quoque adiectivis, adverbiis, participiis, infinitivis vim substantivi subicere solebant. Eiusmodi locis, quibus Graeci adiectivis pro appellationibus utuntur, aut articulus ab utraque versione omittitur, cuius rei haec deprehendi exempla: *τὸ ἀγαθόν*, bonum, Rom. 2,10 . 7,13 . 13,3 . 4; *τὰ ἀόρατα*, invisibilia, Rom. 1,20; *ὁ δέσμιος*, vinctus, Ephes. 4,1; *τὸ δοκίμιον*, It. probatum, Vulg. probatio, 1. Petr. 1,7; *τοὺς ἐκλεκτούς*, electos, 2. Tim. 2,10; *τὸ κακόν*, malum, 3. Joh. 11; *τὸ καλόν*, bonum, Gal. 6,9; *τοῖς πλουσίοις*, divitibus, 1. Tim. 6,17; *ὁ χοϊκός .... ὁ ἐπουράνιος*, terrenus .... coelestis, 1. Cor. 15,48,

aut Hieronymus sententia relativam usurpat, Itala autem mero adiectivo textum Graecum aequare studet, sicut 1. Cor. 11,19 *οἱ δόκιμοι*, It.[1] probati, Vulg. qui probati sunt; 1. Cor. 1,25 *τὸ μωρὸν .... τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ*, It. stultum .... infirmum Dei, Vulg. quod stultum est .... quod infirmum est Dei; Matth. 23,23 *τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου*, It.[2] graviora legis, Vulg. quae graviora sunt legis; 1. Cor. 1,27 *τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου*, fragm. It. stulta mundi, Vulg. quae stulta sunt mundi.

Haud paucis autem locis sententia relativa in utraque interpretatione nobis occurrit. cuius exempla haec notavi: Luc. 16,10 *ὁ πιστός*, qui fidelis est; 1. Cor. 7,32 *ὁ ἄγαμος*, qui sine uxore est; 1. Cor. 9,21 *τοῖς ἀνόμοις*, his, qui sine lege sunt; 2. Cor. 2,6 *τῷ τοιούτῳ*, illi, qui eiusmodi est; Gal. 6,1 *ὑμεῖς οἱ πνευματικοί*, vos, qui spiritalis estis; neutrum

[1]) contra Faust. 12,24; It. Speculi »qui probati sunt« loco textui Vulgatae simillimo.

[2]) contra Faust. 16,32; Itala Speculi hoc quoque loco cum Vulg. congruit.

adiectivi sententia relativa expressum exstat Luc. 6,30 . 12,57 . 16,15 . 18,27. Rom. 1,19 . 7,13. 1. Cor. 7,35 . 12,23 . 15,46. Ephes. 4,28. Gal. 6,1. Col. 4,1. Hebr. 7,7 *τὸ ἔλαττον*, It. qui minor est, Vulg. genus melius retinens: quod minus est.

Numerum ab Hieronymo melius servatum exhibet 1. Thess. 5,21 *τὸ καλόν*, It. quae bona sunt, Vulg. quod bonum est.

Tribus tantum locis Itala sola sententiam relativam usurpat Hieronymo merum adiectivum retinente:

1. Cor. 12,24 *τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν*. It. quae autem honesta sunt nostra, Vulg. honesta autem nostra; praeterea 1. Cor. 15,49. Gal. 6,10.

Sententiae relativae pro adverbio cum articulo coniuncto ab Itala et a Vulgata redditae haec exempla mihi in promptu sunt:

1. Cor. 5,12 et Col. 4,5 *τοὺς ἔξω . . . . . τοὺς ἔσω*, qui foris sunt . . . qui intus sunt;

1. Tim. 3,7 *ἀπὸ τῶν ἔξωθεν*, ab iis, qui foris sunt;

Philipp. 3,13 *τὰ μὲν ὀπίσω . . . τοῖς δὲ ἔμπροσθεν*, quae quidem retro sunt . . . . . ea vero, quae sunt priora;

Col. 3,1 *τὰ ἄνω*, quae sursum sunt.

Quibus exemplis unus repugnat locus Luc. 9,62 *βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω*. It. adspiciens retro, Vulg. respiciens retro.

Pro articulo participio addito, qui participio notionem tamquam amplam subicit, Itala et Vulgata plerumque sententiam relativam reddunt, qualis exstat Rom. 14,3 *ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω*, qui manducat, non manducantem non spernat, 1. Tim. 5,6 *ἡ δὲ σπαταλῶσα*, quae in deliciis vivit, praeterea Matth. 5,5 . 10 . 46 . 7,21 . 26 . 10,28 . 12,30 . 15,11 . 19,12 . 23,31 . 26,28. Luc. 21,1 . 22,26 . 27. Joh. 3,6 . 15 . 14,9. Rom. 8,28 . 14,1 . 4 . 14. 1. Cor. 3,7 . 6,4 . 7,38. 2. Cor. 5,15. Gal. 3,21. Ephes. 2,2. Col. 3,10. Hebr. 10,30. 1. Petr. 4,19. Jac. 2,13.

Interrogatio indirecta legitur 2. Thess. 2,6 *τὸ κατέχον οἴδατε*, quid detineat scitis.

Nonnullis autem locis participium ab utraque versione servatur, quod factum esse intellexi Rom. 8,28 *τοῖς ἀγαπῶσιν*

τὸν θεόν, diligentibus Deum, et Matth. 5,23.23,24. Marc. 7,18. Luc. 3,11.11,13. Ephes. 4,28. 1. Tim. 5,20, sicut pro *τὸ μέλλον* et *τὰ μέλλοντα* semper »futurum« et »futura« exhibent.

Matth. 5,42 Itala Speculi casum accuratius quam Vulgata retinuit: *τὸν θέλοντα . . . . δανίσασθαι μὴ ἀποστραφῇς*, It. volentem mutuari . . . . ne avertaris, Vulg. volenti etc.

Quibus exemplis eos locos subiecerim, quibus Itala maiore tenacitate participium servans textum Graecum adaequare studuit, Hieronymus sententia relativa usus est:

Matth. 7,8 *ὁ αἰτῶν*, It. quaerens, Vulg. qui petit,

Gal. 3,17 *ὁ γεγονὼς νόμος*, It. facta lex, Vulg. quae facta est lex, quibus locis similes sunt Matth. 5,4.7,8. Gal. 4,21. 1. Thess. 4,14.15.17. Hebr. 7,6.

Infinitivi articulo adiuncti, quo Graeci pro appellatione utebantur, varia notavi exempla.

Infinitivus subiecti locum obtinet Rom. 14,21 *καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν . . . μηδὲ πιεῖν*, bonum est non manducare . . . . neque bibere, praeterea 1. Cor. 7,26. 2. Cor. 7,11.9,1. Philipp. 1,21.22.24. Hebr. 10,31 articulo ab Itala et Vulgata neglecto.

Genetivum infinitivi ad substantivum pertinentem bis repperi: 2. Cor. 8,11 *ἡ προθυμία τοῦ θέλειν*, animus voluntatis, 1. Pet. 4,17 *ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι*, tempus est, ut incipiat.

Accusativus infinitivi his exstat locis:

2. Cor. 8,10 *τὸ ποιῆσαι . . . τὸ θέλειν προενήρξασθε*, facere . . . . velle coepistis,

Philipp. 2,13 *ὁ ἐνεργῶν . . . καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν*, operatur . . . . et velle et perficere;

Philipp. 2,6 pro *οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ* Acc. c. Infin. »aequalem se esse Deo« nobis occurrit,

Rom. 14,13 sententiam finalem invenimus: *κρίνατε . . . τὸ μὴ τιθέναι*, iudicate . . . ne ponatis.

Sententiae finalis pro accusativo infinitivi cum praepositione *εἰς* coniuncto redditae haec praeterea collegi exempla:

Rom. 7,5 *εἰς τὸ καρποφορῆσαι*, ut fructum ferrent, Rom. 6,12. 8,29. 12,2. 1. Cor. 10,6. 1. Thess. 4,9. 2. Thess. 2,2. 6. 1. Petr. 3,7,

quibus hi loci addendi videntur esse:

Rom. 12,3 *φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν*, sapere ad sobrietatem;

1. Cor. 8,10 *ἡ συνείδησις . . . οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ . . . ἐσθίειν*, conscientia .... aedificabitur ad manducandum;

1. Cor. 11,22 *οἰκίας . . . . ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν*, ad manducandum et bibendum, qui accusativus gerundii etiam 1. Cor. 11,33, 2. Thess. 3,9, Jac. 1,19 legitur;

Hebr. 12,10 *τὸ συμφέρον εἰς τὸ μεταλαβεῖν*, quod utile est in recipiendo;

Philipp. 1,23 *ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ . . . . εἶναι*, desiderium habens dissolvi et esse.

Genetivo quoque infinitivi articulo adiuncti haud raro vis finalis inest, qualem inveni Act. ap. 15,20 *ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι*, scribere ad eos, ut abstineant, Matth. 24,25. Luc. 12,42. 24,45. Rom. 1,24. 11,8. 1. Petr. 3,10 *τοῦ μὴ λαλῆσαι*, ne loquantur.

Consecutio duobus exstat locis:

Luc. 17,1 *ἀνένδεκτόν ἐστιν τοῦ μὴ ἐλθεῖν*, impossibile est, ut non veniant,

2. Cor. 8,6 *εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον*, fragm. It. ad deprecandum Titum, Vulg. ita ut rogaremus Titum.

Praeterea infinitivus aliis quoque praepositionibus adiungitur, quales sunt:

ἀντί: Jac. 4,15 *ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς*, pro eo ut dicatis;

πρό: Joh. 17,5 *πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι*, prius, quam mundus esset, Gal. 3,23. Matth. 6,8 *πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν*, antequam petatis eum;

ἐν: Luc. 12,15 *ἐν τῷ περισσεύειν*, in abundantia;

1. Cor. 11,21 *ἐν τῷ φαγεῖν*, ad manducandum;

Luc. 11,27 *ἐν τῷ λέγειν αὐτόν*, cum diceret;

Hebr. 3,15 *μέτοχοι . . . γεγόναμεν . . . ἐν τῷ λέγεσθαι*, participes . . . effecti sumus .... dum dicitur;

Hebr. 3,12 *καρδία .... ἀπιστίας ἐν τῷ ἀποστῆναι*, cor incredulitatis discedendi;

διά: Matth. 24,12 διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, quoniam abundavit iniquitas;

μετά: Act. ap. 1,3 μετὰ τὸ παθεῖν αὐτόν, post passionem suam, Hebr. 10,26;

Luc. 12,5 μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι, postquam occiderit;

πρός: Matth. 5,28 πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ad concupiscendum, Matth. 13,30;

Matth. 23,5 πρὸς τὸ θεαθῆναι, ut videantur, Ephes. 6,11;

1. Thess. 2,9 πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι, ne gravaremus, 2. Thess. 3,8.

Adverbium inter articulum et substantivum collocatum apud Graecos adiectivi attributi vicem praestare notum est.

Quae adverbia ut converterent Itala et Vulgata aut sententia relativa utebantur, cuius exempla haec habeo:

Gal. 4,25 τῇ νῦν Ἰερουσαλήμ, ei, quae nunc est Hierusalem, praeterea Gal. 4,26. Luc. 16,15. Act. ap. 20,21. 2. Cor. 4,17. 1. Petr. 3,15 . 5,2, aut articulo plane ommisso merum adiectivum aut pronomen usurpabant, quod factum esse intellexi

Philipp. 3,14 τῆς ἄνω κλήσεως, supernae vocationis, 1. Tim. 6,19,

2. Cor. 9,2 ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος, vestra aemulatio,

Tit. 2,12 ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, in hoc saeculo.

Quibus exemplis articuli omissi adnumerari licet 1 Petr. 3,2 τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναστροφήν, in timore castam conversationem, cui loco simillimi sunt 1. Petr. 3,16 et Matth. 7,3, et 2. Petr. 2,13 τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, diei delicias.

Diversas convertendi rationes Itala et Vulgata inierunt Philipp. 2,9 ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, It. nomen super omne nomen, Vulg. nomen, quod est sq.

Definitio quoque adverbium accipienda articulo adiuncta, quae substantivum sequitur, ab utriusque interpretationis auctoribus sententia plerumque relativa exprimitur, qualem legimus Matth. 6,9 πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, pater noster, qui es in coelis, Matth. 5,45 . 6,18 . 23 . 18,10. Marc. 11,26. Joh. 5,44 τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ, gloriam, quae a solo Deo est, Rom. 1,26 . 4,12. 1. Cor. 2,11 . 12 . 16,1. 2. Cor. 2,6. Gal. 1,22. Ephes. 2,17. Col. 3,5. 2. Tim. 2,1.

Neque vero desunt exempla articuli plane omissi sententia relativa neglecta:

Matth. 6,6 *πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ*, ora patrem tuam in absconso;

Luc. 6,42 *τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου*, festucam de oculo tuo, Luc. 11,13. 1. Thess. 2,1;

2. Cor. 9,3 *τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν*, quod gloriamur de vobis.

Sententia relativa tum quoque Itala et Vulgata utuntur, cum articulo aut genetivo substantivi aut praepositioni, quam substantivum sequitur, adiuncto vis substantivi inest, cuius usus multa legi exempla:

1. Cor. 2,11 *τὰ τοῦ ἀνθρώπου*, quae sunt hominis, cui loco similes sunt Matth. 16,23. 22,21. Marc. 12,17. Luc. 20,25. Rom. 14,19. 1. Cor. 2,14. 13,11. Gal. 5,24;

1. Cor. 10,24 *τὸ ἑαυτοῦ*, quo suum est, ibid. *τὸ τοῦ ἑτέρου*, It. id, quod alterius, Vulg. quod alterius;

quibus a locis 1. Joh. 4,3 abhorret, ubi Itala tenacitate quadam verborum pro *τοῦτό ἐστιν τὸ τοῦ ἀντιχρίστου* »hoc est antichristi«, Hieronymus autem liberius »hic est antichristus« reddidit.

Articulus cum praepositione, quam substantivum sequitur, coniunctus sententia relativa his exprimitur locis:

Rom. 9,6 *οἱ ἐξ Ἰσραήλ*, qui ex Israhel sunt;

1. Cor. 9,20 *τοῖς ὑπὸ νόμον*, his, qui sub lege sunt; praeterea Matth. 5,12. 12,3. 23,25. 26. Luc. 8,12. 13. 15. 9,61. 11,39. 14,22. Gal. 3,7. 4,29. Philipp. 2,19. 23. 4,18. Col. 3,2. 1. Joh. 2,15.

Interpretationes diversae leguntur Hebr. 7,5 *καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευΐ*, It. et hi quidem, qui de filiis sunt Levi, Vulg.: Et quidem de filiis Levi.

Duobus tantum locis utraque versio sententiam relativam neglexit:

Philipp. 1,27 *ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν*, audiam de vobis,

Philipp. 1,29 *ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ*, vobis datum est pro Christo.

Pro pronominibus *οὗτος ὁ, ὁ αὐτός, πᾶς ὁ* Matth. 6,29. 22,40. Rom. 12,4. 1. Tim. 6,10 multisque aliis locis It.

et Vulg. »hic, idem, totus, plur. omnes, omnia« reddiderunt.

Sed postquam de articulo ab utraque interpretatione aut omisso aut pluribus verbis, sententiis maxime relativis, explicato egimus, iam paucis exponamus, quonam modo articulum nominibus propriis peregrinis adiunctum expresserint, qui Romanis in declinandis nominibus propriis defuit, Graebis profuit.

Primo de nominibus propriis Abraham, Israël, Hierusalem, Moyses disseramus, quippe qui plurimis locis exstent.

Casus genetivis sing. nominis proprii »Abraham« forma in Vulgata fere semper »Abrahae« legitur, in Itala bis formam »Abraham« inveni;

Matth. 22,32[1]) *ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ,* Itala, cui Vulgata congruit: ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Jacob:

Rom. 4,12[2]) *τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ,* It. patris nostri Abraham, Vulg. Abrahae.

Quorum locorum ille de Exodo depromptus duo nomina propria indeclinabilia Isaac et Jacob continet, unde fortasse factum est, ut analogia Hieronymus quoque formam integram »Abraham« retineret, altero loco nomen Abraham substantivum appositum »patris nostri« sequitur, quod casum genetivum satis explanavit, ut auctor Italae in forma »Abraham« acquiesceret[3]).

Genetivi formam »Abrahae« et Gal. 3,29 deprehendi genetivo nominis proprii substantivum, cui adiungitur, praecedente: *τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα,* It.[4]), nova fragm. It., Vulg. Abrahae semen, et quattuor aliis locis genetivo substantivum sequente:

Rom. 9,7 *σπέρμα Ἀβραάμ,* It.[5]) et Vulg. Abrahae semen,

Gal. 3,14 *ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραάμ,* nova fragm. It. et Vulg. benedictio Abrahae,

---

[1]) contra Faust. 16,24.

[2]) contra Faust. 12,47.

[3]) Luther: »Unseres Vaters Abraham«.

[4]) contra Faust. 32,9 et de Gen. ad litt. 11,24.

[5]) contra Faust. 12,5.

Luc. 19,9 *υἱος Ἀβραάμ*, It. Spec. et Vulg. filius Abrahae; Hebr. 7,5.

Itaque verba »filii Abrah . .«, quibus nova fragm. It. Gal. 3,7 Graecorum *υἱοὶ Ἀβραάμ* expresserunt, fortasse litteris »ae« supplenda sunt, ut »filii Abrahae« legamus, cum vix crediderim auctorem fragmentorum in versu quarto decimo genetivi subiectivi formam »Abrahae«, paulo ante autem »Abraham« usurpasse cumque duo loci Matth. 22,32, Rom. 4,12, de quibus supra scripsi, ab hoc loco abhorreant.

Dativi forma »Abrahae« in Itala Augustini et in Vulgata ubique occurrit, cuius exempla repperi

Act. ap. 7,2 *τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραάμ*, Abrahae patri nostro[1]), Gal. 3,8[2]).16[3]), quibus locis textus Italae valde a Vulgata differt, 1. Petr. 3,6[4]).

Eandem formam nova fragm. It. Gal. 6,18 exhibent: *τῷ δὲ Ἀβραάμ*, Abrahae autem, et Gal. 3,8 quoque, ubi in isdem fragmentis »praenuntiavit Abraha .« legimus, eandem dativi formam »Abrahae« restituendam esse censeo, quam omnibus ceteris locis inveni.

Accusativus et ablativus formae nominativi respondent.

Nomen proprium Israhel (Vulg. Israël) utraque versio indeclinabile exhibet:

Matth. 10,23 *τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραήλ*, civitates Israhel, Matth. 15,24;

Act. ap. 1,6 *τῷ Ἰσραήλ*, Israhel,

Matth. 8,10 *ἐν τῷ Ἰσραήλ*, in Israhel, Rom. 9,6.11,25.

Tres formas nominis urbis Hierosolymorum deprehendi, primum formam indeclinabilem Hierusalem (Vulg. Jerusalem) frequentem Luc. 24,47. Act. ap. 1,8. Rom. 15,26. 1. Cor. 16,3. Gal. 4,25.26. Apoc. 21,2; deinde accusativum Hierosolymam Matth. 5,35. Act. ap. 1,12.19; tum ablativum plur. Hierosolymis Act. ap. 1,4 in utraque versione, ibid. 2,5 in sola Itala, in Vulgata Jerusalem.

---

[1]) de civ. Dei 16,15.

[2]) contra Faust. 12,47 et 16,24.

[3]) - - 12,6, de Gen. ad litt. 11,24.

[4]) Spec. 44.

Nominis proprii »Moysis« casus genetivus et dativus in Itala et Vulgata »Moysi« leguntur, accusativi forma »Moysen«, ablativi »Moyse« exstat; uno loco Itala casum accusativum textus Graeci melius quam Vulgata retinet: 1. Cor. 10,2 *εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσαντο,* It. in Moysen baptizati sunt, Vulg. in Moyse sq.

Cetera nomina propria, quae raro legimus, aut declinantur, quemadmodum legimus

Adam, genet. Adae, ablat. Adam;

Barachias, genet. Barachiae;

Jonas, genet. Jonae;

Judas, accus. Judam;

Zacharias, genet. Zarachiae;

aut indeclinabilia sunt articulo neglecto, quorum exempla haec collegi:

Abel, Belial, David, Jacob, Isaac, Levi.

Postremo ad pronomina nos convertamus, quae articuli vicem praestant[1]).

Ac primum quidem pronomen demonstrativum hic, haec, hoc substantivo »mundus« adiunctum articuli vice aut in utraque versione fungitur his locis: 1. Cor. 2,12 *τοῦ κόσμου*, huius mundi, qui casus etiam 1. Cor. 1,20. 4,13. Jac. 1,27. 4,4 exstat;

Joh. 1,9 *εἰς τὸν κόσμον,* in hunc mundum, cui loco similes sunt 1. Tim. 1,15 et 6,7;

1. Cor. 11,32 *σὺν τῷ κόσμῳ,* cum hoc mundo, ad quem locum accedunt 1. Cor. 5.10. 7,31. 2. Cor. 1,12. Ephes. 2,12. Jac. 2,5,

aut in Itala sola legitur: Joh. 1,10 *ἐν τῷ κόσμῳ,* It.[2]) in hoc mundo, Vulg. in mundo,

Joh. 16,28 *εἰς τὸν κόσμον,* It. in hunc mundum, Vulg. in mundum, Luc. 12,49,

1. Cor. 1,27 *τοῦ κόσμου,* It. huius mundi[3]), Vulg. mundi, 1. Cor. 7,33[4]). Gal. 4,3[5]),

[1]) Rönsch, l. c. pag. 419—424. Neue Bruchstücke sq. pag. 17.

[2]) contra Adim. c. 13 et de Gen. ad litt. 5,17.

[3]) de civ. Dei 17,20.

[4]) Spec. 31.

[5]) Nova fragm. It.

aut ab uno Hieronymo usurpatum est:

Rom. 5,12 *εἰς τὸν κόσμον*, It. in mundum, Vulg. in hunc mundum,

1. Joh. 3,17 *τοῦ κόσμου*, It. mundi, Vulg. huius mundi,

1. Cor. 6,2 *τὸν κόσμον κρινοῦσιν*, It. de mundo iudicabunt, Vulg. de hoc mundo sq.

Eodem pronomine demonstrativo articulus aliis quoque substantivis adiunctus ab utraque interpretatione exprimitur Ephes. 2,2 *τοῦ ἀέρος*, aëris huius,

ab Itala sola Apoc. 20,6 *ἐν τῇ ἀναστάσει*, It. in hac resurrectione, Vulg. in resurrectione,

a sola Vulgata 1. Cor. 11,27 *τὸν ἄρτον*, It. panem, Vulg. panem hunc.

Quorum exemplorum pronominis hic, haec, hoc multa in Roenschii libro frustra requiro.

Deinde articulus pronomine demonstrativo ille, illa, illud expressus saepius in Vulgata quam in Itala mihi occurrit. Cuius pronominis exempla illa sola exhibet Joh. 21,24 *ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν*, Vulg. discipulus ille, qui testimonium perhibet, It. discipulus, qui testificatur, et his locis a Roenschio pag. 419 sq. omissis: Matth. 10,13. Joh. 21,20. 1. Cor. 11,28. 2. Thess. 2,8. 2. Petr. 3,6. Hebr. 3,15.

Ille a sola Itala usurpatur 1. Petr. 2,9 *εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς*, It. in illud admirabile lumen, suum, Vulg. in admirabile sq., Act. ap. 2,2. Apoc. 20,2;

in utraque versione deprehenditur 1. Cor. 11,28 *ἐκ τοῦ ἄρτου*, de pane illo, quos locos idem Roenschius omisit.

In dubio relinquo Matth. 18,26, cum verbis *ὁ δοῦλος* codices, quos Tischendorf secutus est, *ἐκεῖνος* addant, It. et Vulg. servus ille.

Tum Itala atque Vulgata pro articulo pronomen determinativum is, ea, id reddunt substantivo adiunctum, cuius unum investigavi exemplum a Roenschio neglectum Joh. 17,5 *δόξασόν με . . . . . τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον*, It. clarifica me ea claritate, qua fui, Vulg. clarifica me claritate sq. quo loco satis dilucide vim demonstrativam, quam primum articulo infuisse notum est, cognoscimus.

Praeterea »id ipsum« pro τὸ αὐτό redditum repperi Rom. 15,5. 1. Cor. 7,5. 12,25. 2. Cor. 3,14 [1]).

Eadem vis demonstrativa diligentius rem denotans effecit, ut Graeci haud raro articulo pronomen possessivum significarent.

Unde factum est, ut Itala quoque et Vulgata haud paucis locis eiusmodi articulum pronomine possessivo exprimerent, cuius haec collegi exempla:

1. Pron. possess. meus exhibetur Joh. 16,28 ἐξῆλθον ἐκ τοῦ πατρός, It. a patre meo processi, Vulg. exivi a patre, Joh. 12,26 τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ, It. et Vulg. honorificabit eum Pater meus.

2. Pron. possess. tuus in utraque interpretatione occurrit Matth. 19,19 τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, It. honora patrem tuum et matrem, Vulg. . . . . et matrem tuam,

in Itala sola: Luc. 6,29 τὸ ἱμάτιον, It. vestimentum tuum, Vulg. vestimentum,

in Vulgata sola: Matth. 6,22 ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός, It. oculus, Vulg. oculus tuus.

3. Pronominis possess. suus haec exempla mihi in promptu sunt:

a) in utraque versione legitur Gal. 5,24 οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν, qui autem Jesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt, et 1. Cor. 7,11 . 37,

b) in sola Itala exstat Matth. 8,20 ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ, It. filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet, Vulg. caput reclinet, Act. ap. 1,18. 2. Tim. 4,4. Hebr. 7,10,

c) in sola Vulgata 1. Cor. 11,7 ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν, It. vir non debet velare caput, Vulg. caput suum, et Rom. 15,2.

Genetivum »eius« pronominis possess. 3. personae vice fungentem notavi Rom. 7,2. 3 ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, κατήργη-

[1]) Rönsch, pag. 424.

ται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός, It. et Vulg. si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri.

Pronominis possess. noster unum deprehendi exemplum 1. Joh. 3,20 *ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία*, It. si reprehenderit nos cor, Vulg. cor nostrum;

de tribus aliis locis 2. Cor. 4,10, 2. Pefr. 2,20, 1. Joh. 1,9 dubitare licet, cum alii codices genetivum *ἡμῶν* exhibeant, alii omittant.

Pronomen possess. vester in utraque interpretatione legitur Luc. 11,13 *ὁ πατήρ*, pater vester, in Itala 1. Petr. 2,18 *ὑποτασσόμενοι . . . . τοῖς δεσπόταις*, It. subditi . . . dominis vestris, Vulg. . . . . dominis.

Quibus exemplis adnumero Luc. 12,22, cum lectio optimorum codicum *μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ* a Tischendorfio quoque probetur, quem textum Itala verbis »nolite solliciti esse animae«, Vulg. »nolite solliciti esse animae vestrae« interpretatur, quam diversitatem interpretandi etiam Rom. 15,30 inveni.

Articulum coniunctionibus adversativis adiunctum ab Itala uno atque eodem modo pronomine »quidam«, ab Hieronymo varie expressum inveni Ephes. 4,11 *τοὺς μὲν . . . ., τοὺς δὲ . . . ., τοὺς δὲ . . . ., τοὺς δέ*, It. quosdam quidem . . . ., quosdam autem . . . ., quosdam vero . . . ., quosdam autem, Vulg. quosdam quidem . . ., quosdam autem . . . ., alios vero . . . ., alios autem.

VI.

De participio aoristi activi.

Participium aor. act., quo Graeci aut id eloqui solebant, quod factum est, antequam actio verbi finiti inciperet, aut eam actionem denotabant, quae verbum quidem finitum praevenit, sed una cum hoc continuatur, linguae Latinae defuit, et interpretes Scripturarum sanctarum Latini varias vias interpretandi inierunt.

Saepissime pro participio aoristi activi vel medii participium praes. act. verborum structura non mutata reddide-

runt, cuius exempla exstant 2. Petr. 2,4 *ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο.* It. et Vulg. Deus angelis peccantibus non pepercit; 1. Tim. 1,12 *πιστόν με ἡγήσατο θέμενος εἰς διακονίαν,* fragm. It. et Vulg. fidelem me existimavit ponens in ministerio; Ephes. 1,13 *ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε,* nova fragm. It. et Vulg. in quo credentes signati estis.

Et hanc quidem conversionem auctores et Italae et Vulgatae adamasse ex eo intellegi potest, quod participii praes. pro partic. aor. act. usurpati 80 fere exempla in Itala et 7 in fragmentis Italae collegi cum verbis Vulgatae consentientia.

Praeterea octo locis auctor Italae participio praes. usus est, quibus Hieronymi interpretatio constructionem vel causalem vel temporalem vel relativam exhibet:

	Itala.	Vulgata.
Gal. 4,9.		
γνόντες . . . . ἐπιστρέφετε.	cognoscentes . . . convertimini.	quum cognoveritis . . . . . convertimini.
Rom. 1,21.		
γνόντες τὸν θεὸν οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν.	cognoscentes Deum non sicut Deum glorificaverunt (de civ. Dei 8,10 et contra Faust. 20,19. 22,93; cum cognovissent, contra Faust. 12,1).	quum cognovissent sq.
Luc. 9,47.		
ἐπιλαβόμενος παιδίου ἔστησεν αὐτό.	adprehendens puerum statuit eum.	apprehendit puerum et statuit illum.
Philipp. 2,19.		
ἵνα . . . εὐψυχῶ γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν.	ut . . . . bono animo sim, cognoscens, quae circa vos sunt.	. . . . cognitis, quae sq.
1. Cor. 2,1.	Fragm. Italae.	
ἐλθὼν . . . . ἦλθον.	veniens . . . veni.	quum venissem . . . veni.
Ephes. 1,13.	Nova fragm. It.	
ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς, ... ἀκούσαντες τὸν λόγον.	. . . . audientes verbum.	. . . . quum audissetis verbum.
Ephes. 1,5.		
ἐξελέξατο . . προορίσας.	elegit . . . . praedestinans.	elegit . . . qui praedestinavit.
3. Joh. 6.	Itala Speculi.	
καλῶς ποιήσεις προπέμψας.	bene facies deducens.	bene faciens deduces.

Contra ea in Hieronymi Vulgata partic. praes. quinque locis nobis occurrit, quibus auctor Italae aut constructionem temporalem usurpavit aut pro partic. aor. et verbo finito duobus verbis usus est finitis:

	Itala.	Vulgata.
Luc. 18,8.		
ἐλθὼν . . . . εὑρήσει.	cum venerit . . . inveniet.	veniens . . . inveniet.
Act. ap. 1,15.		
ἀναστὰς . . . . εἶπεν.	exurrexit . . . et dixit.	exsurgens . . . . dixit.
Act. ap. 1,2.		
ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις . . . οὓς ἐξελέξατο.	apostolos elegit et praecepit.	praecipiens apostolis . . . . , quos elegit.
Matth. 28,19.		
πορευθέντες μαθητεύσατε.	ite, docete.	euntes ergo docete.
Col. 3,10.		
μὴ ψεύδεσθε . . . ἐνδυσάμενοι.	induite.	nolite mentiri . . . induentes.

Ad participium praes. accedit participium temporis perfecti, quod naturali et principali significationi participii aoristi optime respondet et cuius in utraque versione 16 exempla legi, qualia haec sunt:

	Itala.	Vulgata.
Gal. 3,13.		
γενόμενος κατάρα.	factus maledictum.	factus maledictum.
2. Cor. 5,3.		
ἐνδυσάμενοι.	induti.	vestiti.
Joh. 21,20.		
ἐπιστραφεὶς βλέπει.	conversus vidit.	conversus vidit.
Matth. 18,28.		
ἐξελθών.	egressus.	egressus.
Marc. 10,21.		
ἐμβλέψας.	intuitus.	intuitus.

Octo alia exempla participii perfecti in Itala et Vulgata his legi locis: Matth. 18,27.34. Marc. 10,22. Luc. 11,37. Ephes. 6,13.14. 1. Thess. 2,2. 2. Petr. 2,22.

In sola Itala ter participium perfecti deprehendi:

	Itala.	Vulgata.
Matth. 4,9.		
ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι.	si prostratus adoraveris me,	si cadens sq.

	Itala.	Vulgata.
Marc. 10,16. *ἐγκαλισάμενος . . . ηὐλόγει.*	complexus . . . benedicebat.	complexans . . . benedicebat.
Rom. 7,3. *γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ.*	alii coniuncta.	si fuerit cum alio viro.

Pro participio aor. act. vel med. articulo adiuncto Itala et Vulgata semper constructionem relativam reddiderunt (vid. ea, quae supra de articulo participio addito dixi), aut tempore perfecto aut, si in sententia principali futurum primum usurpaverunt, futuro exacto usae, quod factum est Ephes. 2,14 *αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν,* It. et Vulg. ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum, Matth. 19,4. Jac. 2,13.

Quibus exemplis duo loci addendi videntur esse, quibus tempus imperfectum vel plusquamperfectum perfecti vicem praestat: Matth. 18,31 *ἰδόντες . . . τὰ γενόμενα,* videntes, quae fiebant, ibid. *διεσάφησαν τὰ γενόμενα,* narraverunt, quae facta fuerant; Luc. 18,26 *εἶπαν δὲ οἱ ἀκούσαντες,* et dixerunt, qui audiebant.

Futuri II. exemplum affero Gal. 3,12 *ὁ ποιήσας αὐτὰ ζήσεται,* nova fragm. It. et Vulg. qui fecerit ea, vivet.

Participiorum aor. constructione relativa tempore perfecto adhibito expressorum plus sexaginta repperi exempla.

Uno tantum loco Rom. 1,25 *ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα,* It. servientes — Vulg. servierunt — creaturae potius quam creatori, utriusque interpretationis auctores substantivo usi sunt, ut contentio et comparatio melius intellegatur.

Futurum II. undecim praeterea locis mihi occurrit futuro primo in sententia principali usurpato et duobus locis, quibus in hac tempus praesens legimus:

Matth. 19,9 *ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται,* qui dimissam duxerit, moechatur; 1. Tim. 3,13 *οἱ καλῶς διακονήσαντες . . . . περιποιοῦνται,* It. qui bene ministraverint . . . adquirunt, Vulg. acquirent.

Perfectum futuri II. vicem praestat Joh. 5,29 *ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες . . . . ., οἱ δὲ . . . πράξαν-*

τες, procedent, qui bona fecerunt, ... qui vero . . . . egerunt.

Licentia quadam Itala et Vulgata 1. Cor. 7,33 partic. aor. ὁ γαμήσας »qui cum uxore est« interpretantur; discepant inter se Luc. 12,47.48 ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς . . . ποιήσας . . . δαρήσεται, It. servus, qui scit . . . et facit, Vulg. qui cognovit . . . et fecit.

Sed non semper Itala et Vulgata pro participio aor. participium praes. vel perf., de quibus initio huius capitis egi, reddiderunt, sed haud raro constructione temporali usae sunt.

Ac primum quidem ablativus absolutus his exstat locis:

Matth. 15,12 ἀκούσαντες τὸν λόγον ἐσκανδαλίσθησαν, audito verbo scandalizati sunt, praeterea Matth. 6,6.15,10.19,25. Marc. 8,34.10,17. Luc. 9,1.18,22. Joh. 19,30. Act. ap. 21,24. Rom. 7,11. Philipp. 2,28. Hebr. 12,2.13,2. 1. Petr. 4,1.

Cum temporale coniunctivo temporis plusquamperfecti adiunctum his repperi locis:

Luc. 24,40 τοῦτο εἰπὼν ἐπέδειξεν . . . τὰς χεῖρας, cum hoc dixisset, ostendit manus; Matth. 5,1.18,24.19,15.22. Marc. 9,36. Rom. 1,21.22. Gal. 2,7.9. 1. Thess. 2,13;

coniunctivi temporis imperfecti duo legi exempla:

Luc. 18,15 ἰδόντες . . . ἐπετίμων αὐτοῖς, cum viderent . . . . increpabant illos; Act. ap. 1,9 ταῦτα εἰπὼν ἐπήρθη, It. cum haec diceret, Vulg. . . . . dixisset.

Ut partic. aor. ἐλθών converterent, It. et Vulg. his locis cum temporale indicativo futuri II. adiunctum usurpaverunt:

2. Cor. 12,20 μήπως ἐλθὼν . . . εὕρω ὑμᾶς, ne forte, cum venero . . . inveniam vos, cui simillimi sunt Marc. 13,36. 2. Cor. 12,21. Philipp. 1,27. Matth. 24,46 et Luc. 12,43 ὃν ἐλθὼν . . . . εὑρήσει, quem, cum venerit . . . . invenerit. Quibus exemplis futuri II. addo Jac. 1,12 δόκιμος γενόμενος λήψεται, cum probatus fuerit, accipiet, et Jac. 1,15 ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, cum conceperit, parit.

Cum concessivum tribus mihi locis occurrit:

Gal. 3,3 ἐναρξάμενοι πνεύματι νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε; It. et Vulg. cum spiritu coeperitis, nunc carne consummemini?

Rom. 1,21 et Gal. 4,9 in sola Vulgata cum concessivum legi supra demonstravimus.

Ac. ap. 1,6 et 2,6 Itala et Vulgata in participio aor. vertendo ita differunt, ut in illa cum temporale, in hac constructio relativa et ablativus absolutus legatur.

Coniunctiones posteaquam et ubi bis deprehendi:

Gal. 3,25 *ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως*, It. sed posteaquam — nova fragm. It. postquam — venit fides, Vulg. at ubi sq., Luc. 14,29.

Sententiae finalis unum exstat exemplum:

Ephes. 1,9 *γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον*, nova fragm. It. ut ostenderet, Vulg. ut notum faceret nobis mysterium.

Participium aor. sententiis interrogativis tamquam innexum investigavi Luc. 8,45 *τίς ὁ ἁψάμενός με;* quis me tetigit? et 1. Cor. 4,7 *τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών;* quid gloriaris quasi non acceperis?

Nec sententiam conditionalem plane deesse unum testatur exemplum Luc. 9,25 *τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας;* quid enim proficit homo, si lucretur?

Duo denique afferenda sunt exempla gerundii:

Luc. 10,25 *τί ποιήσας . . . . κληρονομήσω;* quid faciendo . . . . possidebo? et 1. Cor. 12,24 *δούς*, tribuendo.

Postquam tot locos attulimus, quibus Bibliorum Sacrorum Latinae versiones participium aoristi secundariis sententiis expresserunt, meminerimus nonnullis locis auctores utriusque versionis pro hoc participio verbo finito adiuncto duobus uti verbis finitis, cuius rei praeter locos supra commemoratos haec 12 notavi exempla: Luc. 5,14 *ἀπελθὼν δεῖξον*, vade et ostende; Act. ap. 7,4 *ἐξελθὼν . . . κατῴκησεν*, exiit . . . et habitavit; Matth. 18,30.31.32. Marc. 12,28. Luc. 9,19.60. 11,7.8.14,10.

Marc. 3,27 *οὐδεὶς δύναται . . . εἰσελθὼν . . . διαρπάσαι*, It. nemo potest . . . introire et . . . eripere, Vulg. nemo potest . . . . ingressus . . . diripere.

VII.

De interrogationibus obliquis.

Cum Graecis in interrogationibus obliquis, quae tempus praesens, perfectum vel futurum sequuntur, modus verbi et tempus, quibus in interrogationibus directis utuntur, servanda sint, in iis autem interrogationibus obliquis, quae aoristum, tempus imperfectum vel plusquamperfectum sequuntur, ab eis servari possint, in Novo Testamento graece conscripto in interrogationibus obliquis plerumque indicativus legitur, quem Itala, qua Augustinus in libris »De civitate Dei« et in iis libris, quos volumen XXV Corporis scriptor. eccles. Latinorum complectitur, usus est et fragmenta Italae, qua sunt verborum tenacitate, fere semper servaverunt[1]), Hieronymus autem bonae Latinitatis auctores secutus haud raro coniunctivo expressit.

Cuius tenacitatis Italae exempla haec mihi in promptu sunt: Luc. 13,27 *οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ*, It. nescio unde estis, Vulg. unde sitis;

Act. ap. 1,24 *ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω*, It. ostende, quem elegisti, Vulg. quem elegeris;

1. Cor. 1,16 *οὐκ οἶδα εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα*, fragm. It. nescio, si aliquem alium baptizavi, Vulg. si quem alium baptizaverim;

Matth. 12,3 *οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησεν Δαυίδ*, It. quod fecit David, Vulg. quid fecerit.

Matth. 12,4 Hieronymus quoque indicativum retinuit: *ἀνέγνωτε . . . . πῶς εἰςῆλθεν . . . καὶ . . . . ἔφαγεν*, quomodo intravit et . . . manducavit (Vulg. comedit), quod his praeterea locis factum esse apparet:

Luc. 23,34 *οὐ γὰρ οἴδασιν τί ποιοῦσιν*, It. quia nesciunt, quid faciunt, Vulg. non enim sciunt, quid faciunt; Joh. 20,13 *οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν*, It. et Vulg. ubi posuerunt eum; 2. Cor. 7,11 *ἰδοὺ . . . . πόσην κατηργάσατο ὑμῖν σπουδήν*,

[1]) Rönsch, pag. 428 et 429, ubi Act. ap. 1,24. 1. Cor. 1,16. Matth. 12,4. Joh. 20,13. 2. Cor. 7,11. Gal. 6,11. 1. Joh. 3,2 desunt.

It. et fragm. It. quantam perfecit in vobis industriam, Vulg. (tempore verbi neglecto) quantam .... operatur sollicitudinem; Gal. 6,11 *ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα*, nova fragm. It. qualibus litteris vobis scribsi, Vulg. scripsi vobis; 1. Joh. 3,2 *οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα*, It. et Vulg. quid erimus.

Amore indicativi inductus auctor Italae Luc. 12,4 quoque pro verbis *μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι*, quibus interrogatio non inest, verba »amplius non habent, quid faciunt« reddidit Hieronymo coniunctivam usurpante.

Perraro in Itala quoque in interrogationibus obliquis coniunctivum legi.

Primum coniunctivus dubitativus nobis occurrit Matth. 8,20 *οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ*, It. et Vulg. non habet ubi caput reclinet, quo coniunctivo dubitativo Graeci et Romani etiam in interrogationibus dubitativis directis utebantur; eadem de causa coniunctivus 1. Cor. 7,32 retinetur, si lectionem a Tischendorfio probatam praeferimus, quae est *μεριμνᾷ .... πῶς ἀρέσῃ τῷ κυρίῳ* — It. et Vulg. quomodo placeat Deo —, praesertim cum verbis Italae quasi fulciatur.

Praeterea Itala duo modo exempla coniunctivi praesentis verbi auxiliaris »esse« in interrogationibus obliquis usurpati exhibet:

1. Cor. 3,13 *ὁποῖόν ἐστιν τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει*, It. et Vulg. quale sit, ignis probabit;

Ephes. 5,10 *δοκιμάζοντες τί ἐστιν εὐάρεστον*, It. et Vulg. quid sit beneplacitum, quibus locis ceteroquin textus Italae et Vulgatae valde inter se discrepant.

Aliter existimandum est de libro, qui »Speculum« inscriptus est, et de libris, qui sunt »De Genesi ad litteram«. In plurimis enim interrogationum obliquarum ex Scripturis sanctis allatarum, quas in iis libris inveni, coniunctivum legi, ut cum Vulgata plane congruant. Cuius consensus tredecim in Speculo collegi exempla, unum in libris, quī sunt de Genesi repperi. Quem consensum non mirabimur, si recordati erimus prima iam aetate factum esse »ut in testimoniorum genuinorum locum verba interpretationis vulgatae substituerentur« [1]).

[1]) Weihrich, praef. in Spec. pag. XVII. et XVIIII.

Quae opinio Dupinii et Weihrichii his quoque exemplis confirmari videtur.

Quattuor modo locos inveni, quibus in Itala Speculi indicativus, in Vulgata coniunctivus mihi occurrit:

Luc. 8,18 *Βλέπετε οὖν, πῶς ἀκούετε*, It. videte ergo, quomodo audistis, Vulg. audiatis;

Luc. 14,28 *ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει εἰς ἀπαρτισμόν*, It. si habet, Vulg. si habeat ad perficiendum;

1. Joh. 4,1 *εἰ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν*, It. si ex deo sunt, Vulg. sint;

Hebr. 7,4 *θεωρεῖτε δὲ, πηλίκος οὗτος*. It.[1]) qualis hic est, Vulg. quantus sit hic.

Duobus praeterea locis utraque versio indicativum exhibet: Marc. 10,2 *ἐπηρώτων αὐτὸν εἰ ἔξεστιν*, interrogabant eum: Si licet; 1. Cor. 7,16 *τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις;* si virum salvum facies?

VIII.

De coniunctionibus quod, quia, quoniam.

De quibus tribus coniunctionibus Accusativi cum infinitivo locum obtinentibus cum iam Hagen[2]), Roensch[3]), Woelfflin[4]) accurate scripserint, satis habeo commemorare in Itala quoque eas fere semper Accusativi cum infinitivo vice fungi. Auctor enim huius interpretationis post sentiendi et declarandi verba pro coniunctione *ὅτι* indicativo adiuncta coniunctiones quod, quia, quoniam indicativo adiunctas reddere solet, cui Hieronymus fere semper assentitur.

Ex magno exemplorum numero pauca mihi liceat afferre:

2. Cor. 7,8 *βλέπω ὅτι . . . . ἐλύπησεν ὑμᾶς*, It. et Vulg. quod contristavit vos;

Matth. 5,21 *ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη*, It. et Vulg. audistis quia dictum est;

---

[1]) De Genesi ad litt. 10,19.

[2]) Sprachliche Erörterungen zur Vulgata, pag. 58 - 61.

[3]) l. c. pag. 402 et 481.

[4]) Neue Bruchstücke, pag. 17.

Rom. 6,6 *γινώσκοντες, ὅτι . . . συνεσταυρώθη.* It quia . . . . simul confixus est cruci, Vulg. quia . . . simul crucifixus est;

2 Cor. 12,4 *οἶδα . . . ὅτι ἡρπάγη,* It. scio . . . . quia raptus est, Vulg. quoniam raptus est;

Gal. 5,21 *προλέγω . . . ὅτι . . . . οὐ κληρονομήσουσιν,* It. quoniam . . . . non possidebunt, Vulg. quoniam . . . . non consequentur.

Eaedem coniunctiones substantivum sequuntur Rom. 11,25 *οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν τὸ μυστήριον τοῦτο . . . ὅτι . . . γέγονεν,* It. nolo enim vos ignorare sacramentum hoc, ... quia . . . facta est, Vulg. quia . . . contigit, adiectivum *δῆλον* sequuntur Gal. 3,11 *δῆλον, ὅτι . . . . δικαιοῦται,* nova fragm. It. manifestum est, quia iustificatur, Vulg. quoniam iustificatur, et 1. Tim· 6,7 *δῆλον, ὅτι . . . . δυνάμεθα,* It. haut dubium, quia . . . possumus, Vulg. quod possumus.

Plurimis exemplis indicativi his coniunctionibus adiuncti lectis duos repperi locos, quibus Itala indicativum retinuit, Hieronymus coniunctivum praetulit:

Rom. 9,6 *οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν,* It. non potest autem excidere, Vulg. non autem quod exciderit;

1. Cor. 10,19 *τί οὖν φημί; ὅτι εἰδωλόθυτόν τι ἐστίν; ἢ ὅτι εἴδωλόν τι ἐστίν;* It. quia idolis immolatum est aliquid, aut idolum est aliquid? Vulg. sit aliquit?

Quater denique utraque interpretatio coniunctivum usurpavit:

Matth. 6,7 *δοκοῦσιν . . . . ὅτι εἰσακουσθήσονται,* It. Spec. putant . . . ., quia (Vulg. quod) exaudiantur;

Marc. 12,28 *εἰδὼς ὅτι . . . ἀπεκρίθη,* It. Spec. videns quia (Vulg. quoniam) . . . responderit;

Marc. 12,34 *ἰδὼν . . . ὅτι . . . ἀπεκρίθη,* It. Spec. et Vulg. videns, quod . . . respondisset;

Act. ap. 21,21 *κατήχθησαν . . ., ὅτι . . . διδάσκεις,* It. Spec. et Vulg. audierunt . . . . ., quia . . . . doceas.

Sed fortasse his quoque locis contextui Speculi verba Vulgatae inserta sunt.

Joh. 8,25 pro verbis *τὴν ἀρχὴν ὅ τι καὶ λαλῶ ὑμῖν,* quae Tischendorf probavit, cum Stephanus *ὅτι* scripserit, Itala

in »De Genesi ad litt. 1,5« verba »principium, quia et loquor vobis« reddit, ut cum textu Stephani congruat, in »De Genesi ad litt. imperf. libro, cap. 3« autem »quod et loquor vobis« legi, quibus verbis Tischendorfii textus probatur, Hieronymus »qui et sq. exhibet«.

Trium coniunctionum »quia« longe frequentissima est, rarius »quoniam« legi, rarissime »quod«.

IX.

Postquam copiose de tenacitate verborum Italae disserui, non reticendi multi mihi videntur esse loci, quibus Hieronymus maiori tenacitati studuisse videtur.

Cuius rei exempla aut levioris momenti sunt, ut de uno vel paucis verbis agatur, aut maioris momenti, cum Itala sententias exhibeat, quae et Vulgatae et textui Graeco, qualem nunc habemus, desunt. Si causas eiusmodi diversitatis interpretationum requirimus, aut scribarum indiligentia aut auctorum levitate fieri potuit, ut vocabulum quoddam omitteretur vel minus diligenter converteretur, aut auctores Italae textu Graeco usi sunt, qui haud raro ab eo discrepat, qui nostris exstat temporibus, et qui fortasse nonnullis locis corruptus erat[1]).

Jam omnia exempla, quae memoratu digna videntur esse, componam:

α., Exempla levioris momenti.

A. Substantiva.

	Vulgata.	Itala.
Ephes. 5,9. *ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ.*	in omni bonitate et iustitia et veritate.	in omni iustitia et veritate.
2. Cor. 7,11. *ἀγανάκτησιν.*	indignationem.	refectionem (*ἀνάκτησιν* in cod. quibusdum Graecis exstitisse et Wölfflin l. c. pag. 19 bene suspicatur et cod. Σ* testatur).

[1]) Wölfflin, Neue Bruchstücke sq. pag. 19.

	Vulgata.	Itala.
1. Cor. 7,12.		
εἴ τις ἀδελφός.	si quis frater.	si quis fidelis.
Ephes. 2,2.		
κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου.	secundum saeculum mundi huius.	secundum magisterium huius mundi.
Jac. 1,20.		
ὀργὴ γὰρ ἀνδρός.	ira enim viri.	ira enim.
Act. ap. 1,16.		
ἄνδρες ἀδελφοί.	viri fratres.	fratres.
Matth. 13.28.		
ἐχθρὸς ἄνθρωπος.	inimicus homo.	inimicus.
Gal. 6,1.		
ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος.	si praeoccupatus fuerit homo.	si praeoccupatus fuerit (de civ. Dei 14,9; de civ. Dei 15,6 add.: homo).
1. Cor. 16,15.		
ὅτι ἐστὶν ἀπαρχή.	quoniam sunt primitiae.	quoniam est initium.
2. Thess. 2,3.		
ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία.	nisi venerit discessio.	nisi venerit refuga (vid. Rönsch pag. 83 et 322).
2. Cor. 11,17.		
ὡς ἐν ἀφροσύνῃ ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως.	quasi in insipientia in hac substantia gloriae.	quasi in stultitia gloriae.
Rom. 15,4.		
εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν.	ad nostram doctrinam.	ut nos doceremur.
Matth. 7,11.		
δόματα ἀγαθὰ διδόναι.	bona data dare.	bona dare.
Philipp. 1,1.		
σὺν ἐπισκόποις.	cum episcopis.	coepiscopis.
1. Tim. 2,10.		
δι' ἔργων ἀγαθῶν.	per bona opera.	per bonam conversationem.
2. Cor. 9,13.		
τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ καὶ ἁπλότητι.	confessionis vestrae in evangelium Christi, et simplicitate.	confessionis vestrae et simplicitate.
Joh. 14,16.		
ἐγώ εἰμι . . . καὶ ἡ ζωή.	ego sum . . . et vita.	ego sum . . . et ianua.
2. Cor. 6,16.		
εἶπεν ὁ θεός.	dicit Deus.	dicit.
Luc. 9,62.		
τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ.	regno Dei.	regno caelorum.

	Vulgata.	Itala.
2. Cor. 4.6.		
τῆς δόξης τοῦ θεοῦ.	claritatis Dei.	gloriae eius.
Rom. 14,12.		
λόγον δώσει τῷ θεῷ.	rationem reddet Deo.	rationem reddet.
Luc. 13,25.		
κρούειν τὴν θύραν.	pulsare ostium.	pulsare.
Act. ap. 2,9.		
Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν.	Judaeam et Cappadociam.	Armeniam et Cappadociam (contra ep. fund. c. 9; contra Felix. 1,5 Judaeam et sq.).
Luc. 5,14.		
προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου.	offer pro emundatione tua.	offer pro te.
2. Cor. 10,13.		
κατὰ μέτρον τοῦ κανόνος.	secundum mensuram regulae.	secundum mensuram gloriae.
Matth. 25,34.		
ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.	a constitutione mundi.	ab origine mundi.
2. Tim. 2,16.		
κενοφωνίας.	vaniloquia.	verborum novitates (legitne fortasse auctor Italae καινὰς φωνάς vel καιγοφωνίας?).
Rom. 8,20.		
ἡ κτίσις.	creatura.	omnis creatura.
1. Thess. 4,6.		
κύριος.	dominus.	deus.
Act. ap. 2,10.		
τὰ μέρη τῆς Λιβύης..	partes Libyae.	regiones Africae (contra ep. fund. c. 9; contra Felic. 1,5: partes Libyae).
Apoc. 20,5.		
οἱ λοιποὶ τῶν νεκρῶν.	ceteri mortuorum.	reliqui eorum.
1. Cor. 15,55.		
ποῦ σου θάνατε τὸ νῖκος;	ubi est, mors, victoria tua?	. . . . contentio tua? (auctorem Italae τὸ νεῖκος legisse verisimile est).
Luc. 16,13.		
οὐδεὶς οἰκέτης.	nemo servus.	nemo.
Act. ap. 2,2.		
ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον.	replevit totam domum.	inplevit totum illum locum (contra ep. fund. c. 9; contra Felic. 1,5 totam illam domum).

	Vulgata.	Itala.
1. Thess. 4,5. *ἐν πάθει.*	in passione.	in morbo.
Matth. 10,29. *ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν.*	sine patre vestro.	sine voluntate patris vestri.
Jac. 3,9. *τὸν θεὸν καὶ πατέρα.*	deum et patrem.	deum.
2. Cor. 12,21. *ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ.*	super immunditia et fornicatione et impudicitia.	super inmunditiam et inpudicitiam.
Act. ap. 2,10. *Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι.*	Judaei quoque et proselyti.	Judaei incolae (contra ep. fund. c. 9; contra Felic. 1,15 Judaei et proselyti).
1. Cor. 5,5. *παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ.*	tradere huiusmodi satanae.	tradere huiusmodi.
Matth. 10,10. *ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ.*	dignus est enim operarius cibo suo.	. . . . mercede sua (auctor Italae vel librarius verborum meminisse videtur, quae Luc. 10,7 leguntur: *ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ* . . . . mercede sua).
Ephes. 1,7. *χάριτος.*	gratiae.	gloriae (vid. Wölfflin, p. 18).
Apoc. 20,4. *μετὰ τοῦ Χριστοῦ.*	cum Christo.	cum Jesu.
Matth. 28,20. *πάσας τὰς ἡμέρας.*	omnibus diebus.	—
Rom. 5,12. *εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν.*	in omnes homines mors pertransiit.	in omnes homines pertransiit.
Rom. 1,24. *εἰς ἀκαθαρσίαν.*	in immunditiam.	in inmunditia.
Luc. 18,11. *οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων.*	ceteri hominum.	ceteri homines.
Luc. 21,1. *εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.*	in gazophylacium.	in gazophylacio.
Rom. 11,13. *ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν.*	vobis enim dico gentibus.	vobis enim dico, gentes.

	Vulgata.	Itala.
Hebr. 10,30.		
ἐμοὶ ἐκδίκησις.	mihi vindicta.	mihi vindictam.
Ephes. 4,13.		
εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως.	in unitatem fidei et agnitionis.	in unitatem fidei et agnitionem.
1. Cor. 5,5.		
ἐν τῇ ἡμέρᾳ.	in die.	in diem.
Ephes. 4,30 et 2. Petr. 2,9.		
εἰς ἡμέραν.	in diem.	in die.
Rom. 10,9.		
ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν.	quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum.	si enim confitearis in ore tuo quia dominus est Jesus.
Joh. 21,20.		
καὶ εἶπεν Κύριε.	et dixit: Domine.	et dixerat domino.
Rom. 14,15.		
τὰ τῆς οἰκοδομῆς.	quae aedificationis sunt.	quae ad aedificationem sunt.
Rom. 11,11.		
τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν.	illorum delicto salus est gentibus.	delictum illorum salus gentibus.
Hebr. 10,24.		
εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης.	in provocationem caritatis.	in provocatione caritatis.
Act. ap. 1,8.		
δύναμιν ἐπελθόντος ... πνεύματος.	virtutem superveni-entis Spiritus sancti.	virtutem spiritus sancti supervenientem.
Ephes. 4,23.		
ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι.	renovamini autem spiritu.	renovamini in spiritu.
Luc. 11,42.		
οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις.	vae vobis Pharisaeis.	vae vobis, Pharisaei.
Rom. 12,10.		
τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι.	caritate fraternitatis invicem diligentes.	caritatem fraternitatis sq.
2. Tim. 2,1.		
ἐν τῇ χάριτι.	in gratia	in gratiam.
Rom. 5,2.		
εἰς τὴν χάριν ταύτην.	in gratiam istam.	in gratia ista.
Philipp. 1,3.		
ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν.	in omni memoria vestri.	in omnibus memoriam vestri habens.

	Vulgata.	Itala.
2. Cor. 1,22.		
δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος.	dedit pignus Spiritus.	dedit pignus spiritum.
Rom. 14,13.		
τῷ ἀδελφῷ.	fratri.	fratribus (contra Adim. c. 14 et fragm. It.).
1. Cor. 7,24.		
ἀδελφοί.	fratres.	frater.
1. Cor. 3,21.		
ἐν ἀνθρώποις.	in hominibus.	in homine.
Rom. 15,1.		
τὰ ἀσθενήματα . . βαστάζειν.	imbecillitates . . . sustinere.	infirmitatem portare.
1. Cor. 2,10.		
τὰ βάθη τοῦ θεοῦ.	profunda Dei.	altitudinem dei.
Col. 1,16.		
τὰ . . . ἐπὶ τῆς γῆς.	in terra.	in terris.
Matth. 3,10.		
πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων.	ad radicem arborum.	ad radices arboris.
Act. ap. 2,6.		
τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ.	lingua sua.	linguis suis.
2. Cor. 11,15.		
κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.	secundum opera ipsorum.	secundum operationem ipsorum.
1. Cor. 4,5.		
τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν.	consilia cordium.	cogitationes cordis.
Matth. 7,19.		
καρπὸν καλόν.	fructum bonum.	fructus bonos.
Matth. 22,30.		
ἐν τῷ οὐρανῷ.	in coelo.	in coelis.
Marc. 7,22.		
πλεονεξίαι.	avaritiae.	avaritia.
1. Thess. 5,20.		
προφητείας.	prophetias.	prophetiam.
Luc. 6,44.		
σταφυλήν.	uvam.	uvas.
1. Cor. 10,11.		
εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντηκεν.	in quos fines saeculorum devenerunt.	in quos finis saeculorum devenit.

B. Adiectiva.

	Vulgata.	Itala.
Apoc. 21,2.		
τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν.	sanctam civitatem.	civitatem magnam.

	Vulgata.	Itala.
Rom. 7,13.		
ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία.	ut fiat supra modum peccans peccatum.	. . . . . peccator aut peccatum (haud scio an auctor Italae in codice suo ἡ ἁμαρτία legerit).
Luc. 21,34.		
μερίμναις βιωτικαῖς.	curis huius vitae.	curis saecularibus.
Rom. 12,6.		
χαρίσματα . . . διάφορα.	donationes differentes.	dona diversa.
1. Joh. 1,9.		
πιστός ἐστιν καὶ δίκαιος.	fidelis est et iustus.	fidelis est.
Matth. 26,39.		
εἰ δυνατόν ἐστιν.	si possibile est.	si fieri potest.
Act. ap. 2,24.		
καθόδε οὐκ ἦν δυνατόν.	iuxta quod impossibile erat.	quia non poterat.
Act. ap. 1,8.		
ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.	usque ad ultimum terrae.	in totam terram (contra ep. fund. c. 9; contra Felic. 1,4: usque in totam terram. De civ. Dei 18,50: usque in fines terrae).
Act. ap. 2,4.		
λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις.	loqui variis linguis.	loqui linguis (contra ep. fund. c. 9; verba huius loci a librariis eis confusa videntur esse, quae legimus Act. ap. 10,46 loquentes linguis — λαλούντων γλώσσαις — et 10,6 loquebantur linguis — ἐλάλουν τε γλώσσαις —. Contra Felic. 1,5: loqui variis linguis).
Joh. 9,31.		
ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ.	si quis Dei cultor est.	qui eum coluerit.
1. Thess. 5,21.		
τὸ καλόν.	quod bonum est.	quae bona sunt.
1. Petr. 2,2.		
τὸ λογικόν . . . γάλα.	rationabile . . . lac.	rationabiles . . . lac.
Matth. 24,24.		
σημεῖα μεγάλα.	signa magna.	signa multa.

	Vulgata.	Itala.
Matth. 23,15.		
τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν.	mare et aridam.	mare et terram (contra Adim. c. 16; contra Faust. 16,29 mare et aridam).
Luc. 7,32.		
ὅμοιοί εἰσιν παιδίοις.	similes sunt pueris.	pueris.
Matth. 6,14.		
ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος.	pater vester coelestis.	pater vester.
Act. ap. 2,12.		
ἐξίσταντο δὲ πάντες.	stupebant autem omnes.	stupebant autem.
2. Cor. 3,18.		
ἡμεῖς δὲ πάντες.	nos vero omnes.	nos autem.
Apoc. 20,3.		
μικρὸν χρόνον.	modico tempore.	brevi tempore.
Matth. 5,28.		
πᾶς ὁ βλέπων.	omnis, qui viderit.	si quis viderit.
1. Tim. 5,13.		
φλύαροι καὶ περίεργοι.	verbosae et curiosae.	verbosae.
1. Tim. 1,15.		
πιστὸς ὁ λόγος.	fidelis sermo.	humanus sermo (vid. Wölfflin, pag. 20).
2. Petr. 2,18.		
ὑπέρογκα . . φθεγγόμενοι.	superba . . . loquentes.	superbiam . . loquentes.
Philipp. 2,8.		
γενόμενος ὑπήκοος.	factus oboediens.	factus est subditus.
Hebr. 7,7.		
τὸ ἔλαττον.	quod minus est	qui minor est.
2. Cor. 2,6.		
ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων.	quae a pluribus.	quae a multis.
Apoc. 21,4.		
τὰ πρῶτα.	prima.	priora.

C. Adverbia.

	Vulgata.	Itala.
1. Petr. 5,2.		
μὴ ἀναγκαστῶς.	non coacte.	non coactos.
Joh. 5,17.		
ἕως ἄρτι ἐργάζεται.	usque modo operatur.	semper operatur.
1. Tim. 3,16.		
ὁμολογουμένως.	manifeste.	sine dubio.

	Vulgata.	Itala.
Gal. 3,21.		
ὄντως.	vere.	omnino.
2. Cor. 1,15.		
πρότερον.	prius.	primum.

D. Pronomina.

	Vulgata.	Itala.
Matth. 10,16.		
Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω.	Ecce ego mitto.	Ecce mitto.
Joh. 5,17.		
κἀγὼ ἐργάζομαι.	et ego operor.	et me oportet operari.
Philipp. 1,22.		
τοῦτό μοι καρπός.	hic mihi fructus est.	hic fructus est.
Gal. 3,8.		
ἐνευλογηθήσονται ἐν σοί.	benedicentur in te.	in semine tuo benedicentur.
Luc. 18,19.		
εἶπεν δὲ αὐτῷ.	dixit autem illi.	dixit autem.
Ephes. 5,29.		
καὶ θάλπει αὐτήν.	et fovet eam.	et fovet.
1. Cor. 9,11.		
εἰ ἡμεῖς ἐσπείραμεν.	si nos seminavimus.	si seminavimus.
1. Cor. 1,18.		
τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν (ἡμῖν deest in duobus codicibus saeculi IX).	iis autem, qui salvi fiunt, id est nobis.	his autem, qui salvi fiunt.
Luc. 13,25.		
ἐρεῖ ὑμῖν.	dicet vobis.	dicet.
1. Joh. 2,1.		
γράφω ὑμῖν.	scribo vobis.	scribo.
Luc. 13,27.		
οὐκ οἶδα ὑμᾶς.	nescio vos.	nescio.
Rom. 12,14.		
τοὺς διώκοντας ὑμᾶς.	persequentibus vos.	persequentibus.
1. Cor. 6,7.		
ἥττημα ὑμῖν ἐστιν.	delictum est in vobis.	delictum est.
2. Cor. 9,14.		
διὰ τὴν . . . χάριν τοῦ θεοῦ ἐφ' ὑμῖν.	propter . . . gratiam Dei in vobis.	propter . . gratiam dei.
1. Cor. 11,18.		
ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν.	esse inter vos.	esse.
1. Cor. 6,2.		
εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος.	si in vobis iudicabitur mundus.	in nobis iudicatur mundus.

	Vulgata.	Itala.
2. Cor. 13,5.		
ἐν ὑμῖν ἐστίν.	in vobis est.	in nobis est.
2. Cor. 8,9.		
δι' ὑμᾶς.	propter vos.	propter nos.
Matth. 6,14.		
τὰ παραπτώματα αὐτῶν.	peccata eorum.	peccata.
Matth. 13,29.		
ἅμα αὐτοῖς.	simul cum eis.	simul.
Apoc. 20,11.		
τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς.	locus non est inventus eis.	locus eorum inventus non est.
Joh. 5,39.		
δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν.	putatis in ipsis vitam aeternam habere.	in quibus putatis vitam sq.
Matth. 19,11.		
ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς.	qui dixit illis.	qui dixit.
Matth. 21,13.		
ὁ οἶκός μου.	domus mea.	domus patris mei.
Matth. 12.48.		
τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου;	quae est mater mea et qui sunt fratres mei?	quae mihi mater vel qui fratres?
Matth. 13,27.		
ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ.	in agro tuo.	in agro.
1. Joh. 3,21.		
ἡμῶν ἡ καρδία.	cor nostrum.	cor.
1. Cor. 1,10.		
τοῦ κυρίου ἡμῶν.	domini nostri.	domini.
Act. ap. 2.11.		
ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις.	audivimus eos loquentes nostris linguis.	audiebant loquentes illos suis linguis.
Ephes. 4,26.		
ἐπὶ παροργισμῷ ὑμῶν.	super iracundiam vestram.	super iracundiam tuam.
Jac. 5,1.		
ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν.	in miseriis vestris.	in miseriis.
Joh. 8,18.		
περὶ ἐμαυτοῦ.	de me ipso.	de me.
Rom. 14,14.		
δι' ἑαυτοῦ.	per ipsum.	per illum.
2. Cor. 13,5.		
ἑαυτούς.	vosmetipsos.	vos.

	Vulgata.	Itala.
Matth. 3,17.		
οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου.	hic est filius meus.	tu es filius meus.
Matth. 5,19.		
οὗτος μέγας κληθήσεται.	hic magnus vocabitur.	magnus vocabitur.
1. Joh. 5,20.		
οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεός.	hic est verus Deus.	ipse est sq. (auctor Italae fortasse in codice suo αὐτός invenit).
Act. ap. 1,14.		
οὗτοι πάντες ἦσαν.	hi omnes erant.	et erant.
2. Petr. 1,9.		
μὴ πάρεστιν ταῦτα.	non praesto sunt haec.	non praesto sunt.
Matth. 10,23.		
ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.	in civitate ista.	in una civitate.
Rom. 4,25.		
ὃς παρεδόθη.	qui traditus est.	quia mortuus est.
Gal. 3,16.		
τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστιν Χριστός.	semini tuo, qui est Christus.	semini tuo, quod est Christus (contra Faust. 12,6; nova fragm. It., de Gen. ad litt.).
Matth. 10,27.		
ὃ λέγω ὑμῖν.	quod dico vobis.	quae dico vobis.
1. Cor. 4,5.		
ὃς καὶ φωτίσει.	qui et illuminabit.	et inluminabit.
2. Cor. 8,10.		
οἵτινες.	qui.	quia.
Gal. 3,10.		
ὅσοι γάρ.	quicunque enim.	quaecunque enim.
Apoc. 3,19.		
ὅσους ἐὰν φιλῶ.	quos amo.	quem amo.
1. Tim. 3,1.		
εἴ τις.	si quis.	qui.
2. Petr. 3,9.		
τινὰς ἀπολέσθαι.	aliquos perire.	aliquem perire.
Apoc. 20,13.		
ἐκρίθησαν ἕκαστος.	iudicatum est de singulis.	iudicati sunt mortui (librarius verborum videtur meminisse, quae in 12. versu leguntur: ἐκρίθησαν οἱ νεκροί).
Hebr. 7,4.		
πηλίκος.	quantus.	qualis.

E. Verba.

	Vulgata.	Itala.
Act. ap. 2,8.		
πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν.	quomodo nos audivimus.	quomodo agnoscimus.
Ephes. 1,6.		
ἐν τῷ ἠγαπημένῳ.	in dilecto Filio suo.	in dilectione filio suo (!).
2. Cor. 4,2.		
ἀπειπάμεθα.	abdicamus.	abiciamus.
Luc. 9,60.		
σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε.	tu autem vade et annuncia.	tu autem veni et adnuntia.
Matth. 8,29.		
βασανίσαι ἡμᾶς.	torquere nos.	perdere nos.
1. Cor. 10,12.		
βλεπέτω, μή.	videat ne.	caveat ne.
Act. ap. 1,22.		
μάρτυρα . . . γενέσθαι.	testem . . . fieri.	testem . . . esse.
Gal. 3,7.		
γινώσκετε.	cognoscite.	intellegite.
1. Cor. 2,11.		
οὐδεὶς ἔγνωκεν.	nemo cognovit.	nemo scit.
1. Cor. 9,10.		
δι' ἡμᾶς ἐγράφη.	propter nos scripta sunt.	. . . scriptura dicit.
Matth. 19,21.		
δὸς πτωχοῖς.	da pauperibus.	divide pauperibus.
1. Cor. 12,23.		
ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι.	quae putamus ignobiliora esse.	quae videntur viliora esse.
Matth. 24,24.		
δώσουσιν σημεῖα.	dabunt signa.	facient signa.
1. Cor. 15,50.		
κληρονομῆσαι οὐ δύνανται.	possidere non possunt.	non possidebunt (contra Adim. c. 12 et contra Faust. 16,29. Contra Adim. c. 12: hereditate possidere non possunt).
Apoc. 20,2.		
ὅς ἐστιν διάβολος.	qui est.	qui cognominatus est.
Luc. 9,59.		
ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθόντι θάψαι.	permitte mihi primum ire et sepelire.	ibo primum ut sepeliam.
Joh. 14,6.		
οὐδεὶς ἔρχεται.	nemo venit.	nemo potest pervenire.

	Vulgata.	Itala.
Philipp. 1,12.		
εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν.	ad profectum venerunt evangelii.	ad profectum evangelii.
Matth. 13,27.		
πόθεν οὖν ἔχει.	unde ergo habet.	unde adparuerunt.
Joh. 13,35.		
ἐὰν ἀγάπην ἔχητε.	si dilectionem habueritis.	si vos invicem diligatis (vide vers. 34: ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, ut diligatis invicem).
Rom. 10,5.		
ζητοῦντες.	quaerentes.	volentes.
2. Cor. 13,3.		
δοκιμὴν ζητεῖτε.	experimentum quaeritis.	vultis experimentum accipere.
Gal. 6,11.		
ἴδετε.	videte.	vidistis.
1. Petr. 2,20.		
ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε.	peccantes et colaphizati suffertis.	peccantes punimini et suffertis.
Act. ap. 1,17.		
ἔλαχεν τὸν κλῆρον.	sortitus est sortem.	habuit sortem.
Act. ap. 1,18.		
ἐλάκησεν μέσος.	crepuit medius.	diruptus est medius.
Marc. 10.18.		
τί με λέγεις ἀγαθόν;	quid me dicis bonum?	quid me interrogas de bono?
Act. ap. 17,31.		
ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισεν, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν.	in viro, in quo statuit, fidem praebens omnibus.	in viro, quo definivit fidem omnibus.
1. Tim. 2,1.		
παρακαλῶ	obsecro.	volo.
Matth. 2,13.		
παράλαβε . . . καὶ φεῦγε.	accipe . . . et fuge.	tolle . . . et vade.
Apoc. 20,4.		
τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων.	animas decollatorum.	animae occisorum.
Rom. 11,22.		
ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας.	in eos quidem, qui ceciderunt.	. . . qui fracti sunt.
2. Cor. 1,16.		
ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν.	a vobis deduci in Judaeam.	a vobis praemitti sq. (auctorem Italae hoc loco verba Graeca perperam interpretatum esse iam Wölfflin, l. c. pag. 20, docuit).

	Vulgata.	Itala.
2. Cor. 10,2.		
ἤ λογίζομαι τολμῆσαι.	qua existimor audere.	quam me habere existimor.
Luc. 12,20.		
τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν.	animam tuam repetunt.	auferetur anima tua (contra Adim. c. 9; ibid. c. 20: a te animam tuam expetam).
Matth. 23,15.		
ὅταν γένηται, ποιεῖτε.	quum fuerit factus, facitis.	cum feceritis, erit.
Ephes. 1,11.		
ἐκληρώθημεν.	sorte vocati sumus.	sortem consecuti sumus.
2. Cor. 8,9.		
ἵνα . . . πλουτήσητε.	ut . . . vos divites essetis.	ut . . . ditaremur.
1. Tim. 4,3.		
ἀπέχεσθαι βρωμάτων.	abstinere a cibis.	abstinentes a cibis.
2. Tim. 4,4.		
ἀποστρέψουσιν . . . ἐκτραπήσονται.	avertent . . . convertentur.	avertentes . . convertentur.
Act. ap. 2,13.		
διαχλευάζοντες ἔλεγον.	irridentes dicebant.	inridebant dicentes.
Luc. 13,24.		
πολλοὶ ζητήσουσιν εἰσελθεῖν.	multi quaerent intrare.	multi venient quaerentes intrare.
Rom. 12,1.		
θυσίαν ζῶσαν.	hostiam viventem.	hostiam vivam.
Apoc. 20,4.		
καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτούς.	et sederunt super eas.	et sedentes super eas.
Marc. 10,17.		
τί ποιήσω, ἵνα κληρονομήσω;	quid faciam, ut percipiam?	quid faciens possidebo?
Ephes. 1,19.		
τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως.	supereminens magnitudo virtutis.	excellentia magnitudinis.

F. Praepositiones.

	Vulgata.	Itala.
Matth. 13,30.		
δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας.	alligate ea in fasciculos.	alligate ea.
Joh. 14,1.		
πιστεύετε εἰς τὸν θεόν.	creditis in Deum.	credite deo.
2. Cor. 11.14.		
εἰς ἄγγελον φωτός.	in angelum lucis.	velut angelum lucis.

	Vulgata.	Itala.
Luc. 16,31.		
ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.	ex mortuis resurrexerit.	a mortuis sq.
2. Cor. 13,4.		
ἐκ δυνάμεως θεοῦ.	ex virtute Dei.	in virtute dei.
Gal. 3,12.		
ἐκ πίστεως.	ex fide.	in fide.
Gal. 2,16.		
ἐκ πίστεως.	ex fide.	per fidem.
Philipp. 1,17.		
ἐξ ἐριθείας.	ex contentione.	per contumaciam.
Ephes. 1.3.		
ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ.	in omni benedictione.	omni benedictione.
Apoc. 20,12.		
ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις.	ex his, quae scripta erant in libris.	ex ipsis scripturis librorum.
2. Thess. 1,8.		
ἐν πυρὶ φλογός.	in flamma ignis.	et flamma ignis.
Luc. 21,34.		
ἐν κραιπάλῃ.	in crapula.	a crapula.
1. Cor. 16,14.		
ἐν ἀγάπῃ γινέσθω.	in caritate fiant.	cum caritate fiant.
Col. 4.2.		
ἐν εὐχαριστίᾳ.	in gratiarum actione.	cum gratiarum actione.
Matth. 15,3.		
διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν.	propter traditionem vestram.	ut traditiones vestras statuistis.
Philipp. 1,15.		
διὰ φθόνον.	propter invidiam.	per invidiam.
Ephes. 6,20.		
ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω.	pro quo legatione fungor.	propter quod sq.
Marc. 8.38.		
μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.	cum angelis sanctis.	laude sanctorum angelorum.
2. Cor. 6,14.		
πρὸς σκότος.	ad tenebras.	cum tenebris.
1. Thess. 2,2.		
λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς.	loqui ad vos.	loqui apud vos.
Matth. 5,24.		
ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου.	ante altare.	ad altare.
Matth. 16,23.		
ὕπαγε ὀπίσω μου.	vade post me.	redi retro.
Matth. 16,24.		
ὀπίσω μου ἐλθεῖν.	post me venire.	me sequi.

G. Numeralia.

	Vulgata.	Itala.
Marc. 9,37.		
ἓν τῶν παιδίων τούτων.	unum ex huiusmodi pueris.	ex huiusmodi pueris.
Act. ap. 1,24.		
ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα.	ex his duobus unum.	ex his duobus.
2. Cor. 12,44.		
τρίτον.	tertio.	iterum.

H. Coniunctiones.

	Vulgata.	Itala.
1. Cor. 14,34.		
καὶ ὁ λόγος λέγει.	et lex dicit.	lex dicit.
1. Cor. 16,9.		
καὶ ἀντικείμενοι.	et adversarii.	adversarii.
Rom. 11,14.		
καὶ σώσω.	et salvos faciam.	ut salvos faciam.
1. Tim. 5,16.		
καὶ μὴ βαρείσθω.	et non gravetur.	ut non gravetur.
1. Cor. 12,16.		
καὶ ἐάν.	et si.	vel si.
1. Joh. 2,18.		
καὶ νῦν.	et nunc.	nunc autem.
Matth. 12,7.		
ἔλεος θέλω καὶ οὐ θυσίαν.	misericordiam volo et non sacrificium.	misericordiam volo quam sacrificium.
Luc. 18,9.		
εἶπεν δὲ καί.	dixit autem et.	dixit autem.
Ephes. 4,17.		
καθὼς καί.	sicut et.	sicut.
1. Tim. 5,20.		
ἵνα καὶ οἱ λοιποί.	ut et ceteri.	ut ceteri.
Ephes. 1,13.		
ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες.	in quo et credentes.	in quo credentes.
Rom. 14,9.		
καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων.	et mortuorum et vivorum.	mortuorum et vivorum.
1. Cor. 1,22.		
καὶ Ἰουδαῖοι . . . καὶ Ἕλληνες.	et Judaei . . . et Graeci.	Judaei . . . . et Graeci.
1. Cor. 10,20.		
οὐ θέλω δέ.	nolo autem.	nolo.

	Vulgata.	Itala.
1. Cor. 12,8.		
ἄλλῳ δὲ λόγος.	alii autem sermo.	alii sermo.
1. Cor. 16,6.		
πρὸς ὑμᾶς δέ.	apud vos autem.	apud vos etiam.
Gal. 5,17.		
τὸ δὲ πνεῦμα.	spiritus autem.	et spiritus.
1. Cor. 12,20.		
πολλὰ μὲν μέλη.	multa quidem membra.	multa membra.
Matth. 16,23.		
ὅτι οὐ φρονεῖς.	quia non sapis.	non enim sapis.
Matth. 24,24.		
ἐγερθήσονται γάρ.	surgent enim.	exurgent multi.
Gal. 6,3.		
εἰ γὰρ δοκεῖ τις.	nam si quis existimat.	qui putat.
1. Cor. 15,21.		
ἐπειδὴ γάρ.	quoniam quidem.	quoniam.
Luc. 23,34.		
οὐ γὰρ οἴδασιν.	non enim sciunt.	quia nesciunt.
Joh. 5,26.		
ὥσπερ γάρ.	sicut enim.	sicut.
Matth. 5,20.		
λέγω γάρ.	dico enim.	dico autem.
1. Cor. 10,1.		
οὐ θέλω γάρ.	nolo enim.	nolo autem.
Philipp. 4,11.		
ἐγὼ γάρ.	ego enim.	ego autem.
Gal. 5,13.		
ὑμεῖς γάρ.	vos enim.	vos autem.
Rom. 15,4.		
ὅσα γάρ.	quaecumque enim.	quaecumque autem.
1. Cor. 3,3.		
ὅπου γάρ.	cum enim.	cum autem.
Joh. 5,21.		
ὥσπερ γάρ.	sicut enim.	et sicut.
2. Cor. 8,14.		
ἵνα καί.	ut et.	et.
Fphes. 2,9.		
ἵνα μή τις.	ut ne quis.	ne forte quis.
1. Cor. 10,29.		
ἱνατί.	ut quid.	quare.
1. Petr. 2,9.		
ὅπως ἐξαγγείλητε.	ut annuncietis.	pro adnuntietis.
Joh. 8,36.		
ἐὰν οὖν.	si ergo.	si.

	Vulgata.	Itala.
Rom. 5,9.		
πολλῷ οὖν μᾶλλον.	multo igitur magis.	multo magis.
2. Petr. 3,11.		
τούτων οὖν πάντων λυομένων.	quum igitur haec omnia dissolvenda sint.	cum haec sq.
Rom. 1,28.		
καὶ καθώς.	et sicut.	et quoniam.
2. Cor. 1,7.		
ὅτι ὡς κοινωνοί ἐστε.	quoniam sicut socii estis.	quia socii estis.
Rom. 2,16.		
ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ.	in die, quum iudicabit.	in die qua sq.
Rom. 15,12.		
καὶ πάλιν Ἡσαΐας λέγει.	et rursum Esaias ait.	dicit autem et Esaias.

J. Attractio pronominis relativi.

	Vulgata.	Itala.
1. Cor. 7,1.		
περὶ δὲ ὧν ἐγράψατε.	de quibus autem scripsistis.	de his autem, quae scripsistis.
2. Cor. 2,3.		
λύπην σχῶ ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν.	tristitiam habeam de quibus oportuerat sq.	tristitiam habeam ex his, a quibus oportebat sq.
2. Cor. 11,12.		
ἐν ᾧ καυχῶνται.	in quo gloriantur.	in eo, quod gloriantur.

K. Ordo verborum ab Hieronymo servatur.

	Vulgata.	Itala.
Matth. 5,35.		
ὑποπόδιόν ἐστιν τῶν ποδῶν αὐτοῦ.	scabellum est pedum eius.	scabellum pedum eius est.
Matth. 5,39.		
εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα.	in dexteram tuam maxillam.	in maxillam tuam dexteram.
Matth. 6,14.		
ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατήρ.	dimittet et vobis Pater.	dimittet vobis et pater.
Luc. 24,39.		
ὅτι πνεῦμα σάρκας καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει.	quia spiritus carnem et ossa non habet.	quia spiritus ossa et carnem non habet.
Joh. 5,38.		
ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε.	quia quem misit ille, huic vos non creditis.	quia ei, quem ille misit, non credidistis.

	Vulgata.	Itala.
Joh. 5,46.		
περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν.	de me enim ille scripsit.	ille enim de me scripsit (contra Adim. c. 5. Contra Faust. 12,3 . 13,5]. 16,11 . 22,69. De civ. Dei 20,28: de me enim ille scripsit).
Joh. 7,38.		
ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.	flumina de ventre eius fluent aquae vivae.	flumina aquae vivae fluent de ventre eius.
Joh. 8,44.		
θέλετε ποιεῖν.	vultis facere.	facere vultis.
ibid.		
οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ.	non est veritas in eo.	veritas in eo non est.
Joh. 8,47.		
διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε, ὅτι ἐκ θεοῦ οὐκ ἐστέ.	propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.	vos propterea non auditis, quia non estis ex deo.
1. Cor. 1,13.		
ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν.	crucifixus est pro vobis.	pro vobis crucifixus est.
1. Cor. 1.17.		
ἀπέστειλέν με ὁ Χριστός.	misit me Christus.	Christus misit me.
Gal. 6.4.		
τὸ καύχημα ἕξει.	gloriam habebit.	habebit gloriam.
Ephes. 2,3.		
τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν.	voluntatem carnis et cogitationum.	voluntates consiliorum carnis.
Ephes. 5,25.		
ἑαυτὸν παρέδωκεν.	se ipsum tradidit.	tradidit se ipsum.
2. Petr. 2,9.		
εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμῶν ῥύεσθαι.	pios de tentatione eripere.	pios eripere de temptatione.

L. Vocabula quaedam textui ab auctore Italae adduntur.

	Vulgata.	Itala.
Rom. 12,19.		
ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω.	mihi vindicta, ego retribuam.	mihi vindictam et ego retribuam.
Ephes. 1,12.		
τοὺς προηλπικότας.	qui ante speravimus.	qui et ante sq.

	Vulgata.	Itala.
Joh. 6,63.		
ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν.	caro non prodest quicquam.	caro autem non sq.
Philipp. 4,11.		
οὐχ ὅτι.	non quasi.	non quasi autem.
Col. 3,10.		
τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν.	qui renovatur in agnitionem.	. . . . agnitionem dei.
Rom. 15,4.		
ἵνα . . . τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.	ut . . . spem habeamus.	. . . . habeamus ad deum.
Ephes. 4,1.		
παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς.	obsecro itaque vos.	. . . . vos, fratres.
Act. ap. 2,7.		
οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι.	isti, qui loquuntur, Galilaei sunt.	qui loquuntur, natione sunt Galilaei
Gal. 3,10.		
ὑπὸ κατάραν εἰσίν.	sub maledicto sunt.	. . . sunt legis.
Luc. 13.26.		
ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας.	in plateis nostris docuisti.	in plateis nostris et synagogis docuisti.
Matth. 5,38.		
ὅτι ἐρρέθη.	quia dictum est.	quia dictum est antiquis (quae verba in versu 21. legimus).
Matth. 23,25.		
ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας.	rapina et inmunditia.	. . . . et omni inmunditia.
Rom. 7,7.		
οὐκ ἐπιθυμήσεις.	non concupisces.	non concupisces aliena.
Joh. 1,18.		
ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.	ipse enarravit.	ille adnuntiavit nobis de eo.
Rom. 6,6.		
συνεσταυρώθη.	simul crucifixus est.	simul confixus est cruci cum illo.
Apoc. 20,12.		
ὅ ἐστιν τῆς ζωῆς.	qui est vitae.	. . . vitae uniuscuiusque.
1. Cor. 12,18.		
ὁ θεὸς ἔθετο τὰ μέλη.	posuit Deus membra.	. . . . membra, singula.
1. Tim. 5,13.		
ἀργαὶ μανθάνουσιν.	otiosae discunt.	otiosae esse discunt.
Act. ap. 2,12.		
ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες.	ad invicem dicentes.	ob id, quod factum est, dicentes.

	Vulgata.	Itala.
Rom. 11,8.		
ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν.	aures ut non audiant.	. . . . non audiant et non intellegant.
1. Cor. 1,28.		
τὰ μὴ ὄντα. ἵνα.	quae non sunt, ut.	quae non sunt, tamquam quae sint (vid. Rom. 4,17).
Col. 3,8.		
ἀπόθεσθε . . . αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν.	deponite . . . turpem sermonem de ore vestro.	. . . . . : turpem sermonem de ore vestro ne emiseritis.
1. Cor. 12,25.		
τὸ αὐτὸ . . μεριμνῶσιν.	id ipsum . . . sollicita sint.	in id ipsum . . sollicita sint.
1. Thess. 4,15.		
τοὺς κοιμηθέντας.	eos, qui dormierunt.	. . . qui ante dormierunt.
Luc. 16,29.		
ἔχουσιν Μωϋσέα.	habent Moysen.	habent ibi Moysen.
2. Cor. 8,7.		
ἐν παντὶ περισσεύετε.	in omnibus abundatis.	semper in omnibus abundatis.
Joh. 1,18.		
θεὸν οὐδεὶς ἑώρακεν πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱος . . . ἐξηγήσατο.	Deum nemo vidit unquam; unigenitus Filius . . . ipse enarravit.	deum nemo vidit umquam nisi unicus filius . . . ille adnuntiavit.
Joh. 16,33.		
θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα.	confidite, ego vici.	gaudete, quia ego vici.

II. Voces compositae.

	Vulgata.	Itala.
Luc. 11,8.		
διά γε τὴν ἀναίδειαν.	propter improbitatem.	propter inportunitatem.
Ephes. 4,14.		
πρὸς τὴν μεθοδίαν τῆς πλάνης.	ad circumventionem erroris.	ad machinationem erroris.
Luc. 6,26.		
τοῖς ψευδοπροφήταις.	pseudoprophetis.	prophetis.
2. Cor. 12,8.		
ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ.	ut discederet a me.	ut auferret eum a me (contra Faust. 22,20. contra Felic. 2,2: ut discederet).

	Vulgata.	Itala.
Marc. 3,27.		
διαρπάσαι.	diripere.	eripere.
Gal. 3.13.		
ἡμᾶς ἐξηγόρασεν.	nos redemit.	nos liberavit (contra Felic. 2,10. Contra Adim. c. 21 et contra Faust. 14,1: redemit.).
2. Petr. 1.19.		
ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ	donec dies elucescat.	donec dies lucescat.
Act. ap. 1,23.		
ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος.	qui cognominatus est Justus.	qui et Justus.
1. Cor. 3,12.		
ἐποικοδομεῖ.	superaedificat.	aedificat.
Jac. 5,6.		
κατεδικάσατε.	addixistis.	adduxistis.
Gal. 3,8.		
προϊδοῦσα.	providens.	praevidens.
Apoc. 20,8.		
συναγαγεῖν.	et congregabit.	et trahet.
Col. 3.1.		
εἰ συνηγέρθητε.	si consurrexistis.	si resurrexistis.
Philipp. 2,9.		
ὑπερύψωσεν.	exaltavit.	suscitavit a mortuis.
1. Tim. 4,6.		
ὑποτιθέμενος.	proponens.	praecipiens.

β., Exempla maioris momenti.

	Vulgata.	Itala.
Matth. 9,15.		
ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν.	venient autem dies, quum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt.	tunc lugebunt filii sponsi, cum ab eis ablatus fuerit sponsus [1]).
Matth. 22,31 . 32.		
οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ θεοῦ λέγοντος· ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ; οὐκ ἔστιν θεὸς νεκρῶν ἀλλὰ ζώντων.	non legistis quod dictum est a Deo dicente vobis: »Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Jacob?« non est Deus mortuorum, sed viventium.	non legistis, quid deus locutus sit de rubo ad Moysen: ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Jacob? non est deus mortuorum, sed vivorum; omnes enim illi vivunt [2]).

[1]) contra Adim. c. 17.

[2]) contra Faust. 16,24.

	Vulgata.	Itala.
Matth. 23,23.		
οὐαὶ ὑμῖν, γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν καὶ τὸ ἔλεος καὶ τὴν πίστιν· ταῦτα ἔδει ποιῆσαι κἀκεῖνα μὴ ἀφεῖναι. ὁδηγοὶ τυφλοί, οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες.	vae vobis, scribae et Pharisaei hypocritae, qui decimatis mentham et anethum et cyminum, et reliquistis quae graviora sunt legis, judicium et misericordiam et fidem; haec oportuit facere, et illa non omittere. Duces caeci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.	decimatis mentam et cyminum et relinquitis graviora legis, misericordiam et iudicium liquantes culicem, camelum autem gluttientes; haec oportebat facere, illa autem non omittere [1]).
Luc. 11,52.		
οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθατε καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε..	vae vobis legis peritis, quia tulistis clavem scientiae: ipse non introistis, et eos, qui introibant, prohibuistis.	vae vobis, scribae et pharisaei, qui habetis claves regni caelorum nec ipsi intratis nec alios permittitis intrare [2]).
Luc. 12,47.		
ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ καὶ μὴ ἑτοιμάσας ἢ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ δαρήσεται πολλάς.	servus, qui cognovit voluntatem domini sui et non praeparavit et non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis.	servus, qui scit voluntatem domini sui et facit digna plāgis, vapulabit multa [3]).
Luc. 24,36.		
ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἰρήνη ὑμῖν.	stetit in medio eorum, et dicit eis: Pax vobis! ego sum, nolite timere.	stetit in medio eorum et dixit eis: pax vos; ego sum, nolite timere [4]).
Joh. 15,22.		
νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσιν περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.	nunc autem excusationem non habent de peccato suo.	nunc vero quia veni et locutus sum et noluerunt mihi credere, veniam de peccato non habebunt [5]).
Joh. 16.13.		
ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος,	quum autem venerit ille	vado ad patrem; et mitto

[1]) contra Faust. 16,32.
[2]) contra Adim. c. 16.
[3]) contra Faust. 21,14.
[4]) contra Felic. 1,3.
[5]) contra Fortun. c. 21.

	Vulgata.	Itala.
τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.	Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.	vobis spiritum sanctum paracletum, qui vos inducat in omnem veritatem [1]).
Joh. 17,5.		
καὶ νῦν δόξασόν με σύ, πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.	et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te.	pater, clarifica me ea claritate, qua fui apud te, priusquam mundus fieret [2]).
Act. ap. 1,2.3.5.6.7.		
[2]) ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήμφθη·	usque in diem, qua, praecipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est;	in die, qua apostolos elegit per spiritum sanctum et praecepit praedicare evangelium
[3]) οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσεράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.	quibus et praebuit se ipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno Dei.	quibus praebuit se vivum post passionem in multis argumentis dierum, visus est eis per dies quadraginta et docens de regno dei.
[5]) ὑμεῖς δὲ ἐν πνεύματι βαπτισθήσεσθε ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.	vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.	vos autem spiritu sancto incipietis baptizari: quem et accepturi estis non post multos dies istos usque ad pentecosten.
[6]) κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ;	domine, si tempore hoc restitues regnum Israël?	domine, si hoc in tempore repraesentaberis et quando regnum Israhel.
[7]) εἶπεν πρὸς αὐτούς· οὐχ ὑμῶν ἐστιν γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.	dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate.	ille autem dixit: nemo potest cognoscere tempus, quod pater posuit in sua potestate [3]).

[1]) contra Felic. 1,2.

[2]) contra Adim. c. 9.

[3]) Contra epist. fundam. c. 9.

	Vulgata.	Itala.
Act. ap. 10,15.		
ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισεν σὺ μὴ κοίνου.	quod Deus purificavit, tu commune ne dlxeris.	quod ego sanctificavi, inmundum ne vocaveris [1]).
Rom. 7,23—25.		
αἰχμαλωτίζοντά με ἐν τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσίν μου.	captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis.	captivum me ducentem in legem peccati et mortis.
[24]) *ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος· τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;*	Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei.	ergo miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius nisi gratia dei [2]).
[25]) *χάρις τῷ θεῷ.*		
Rom. 8,2.		
ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέν με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου.	Lex enim spiritus vitae in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis.	gratia dei liberavit me a lege peccati et mortis [3]).
Gal. 4,10.		
ἡμέρας παρατηρεῖσθε καὶ μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς.	dies observatis et menses et tempora et annos.	dies observatis et sabbata et sollemnitates [4]).
Ephes. 2,4.		
ὁ δὲ θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς.	Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos.	deus autem, qui dives est in omni misericordia. misertus est nobis [5]).

[1]) contra Faust. 31,3.
[2]) Contra Fortun. c. 21.
[3]) contra Fortun. c. 22.
[4]) contra Adim. c. 16.
[5]) contra Fortun. c. 15.

Elvir Ehrlich de vita sua.

Johannes Fridericus Elvir Ehrlich, Dresdensis Saxonum, natus sum a. d. V. Idus Aprilis anno h. s. LV. patre Friderico Augusto Ehrlich, qui anno h. s. LXXXVI. diem supremum obiit, et matre Friderica Amalia e gente Muelleriana, qua carissima gaudeo viva. Fidei evangelicae addictus sum. Primis litterarum rudimentis imbutus anno h. s. LXIX. in gymnasium Lipsiense, quod et scholam Nicolaitanam vocant, receptus sum, cuius scholas professoris Lipsii rectoris, doctissimi auspiciis per VI annos frequentavi. Vere anni h. s. LXXV. maturitatis examine, quod vocant, superato Lipsiae philologiae studiis me dedi, ubi lectionibus virorum doctissimorum Brandes, Curtius, Drobisch, Eckstein, Gardthausen, Heinze, Lange, Lipsius, de Noorden, Ribbeck, Voigt, Wundt, Zarncke interfui, quibus viris optime de me meritis semper gratiam habebo.

Examine publico mense Decembri anni h. s. LXXIX. superato candidatus probandus gymnasio Dresdensi addictus sum, quod est ad aedem Sanctae Crucis, ubi unum annum versatus sum. Deinde ab anno h. s. LXXXI. usque ad annum LXXXIV. Dresdae magistri munere in schola rectoris Müller-Gelinek functus sum, denique in oppidum Rochlitz accitus munus magistri suscepi in schola, quam vocant »Realschule«, quacum progymnasium coniunctum est. Quo munere etiam nunc fungor.

Typis descripsit M. Bode,
Rochlitz Saxonum.

93.69
uae sit Italae :
ldener Library
002987358
3 2044 086 583 218